TECHE UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_1524_III**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

Logice pars 2da

primus

Logica
Pars altera
De Veritate cognoscenda, ejusque indiciis.

Cum nostra cognoscendi facultas operationibus suis veritatem attingere debeat, eaque in re a Logicae praeceptis, quae hactenus exposuimus dirigatur; hinc expositis jam natura, proprietatibus, atque universalibus operationum ejusdem facultatis elicitarum, ordo postulat, ut quid veritas sit, quibusque indiciis ab inimica sibi falsitate dignoscatur, dispiciamus. Haec igitur est alterius hujus partis summa, quam modo pertractandam aggredimur.

Caput I.
De Veritate, ac falsitate Logica, earumque diversis speciebus.

Veritas quatenus ad Logicam spectat, est convenientia nostrae cogitationis cum suo objecto; falsitas e contrario est discrepantia nostrae cogitationis cum suo objecto. Quid veritas, et falsitas Logica?

Veritas igitur est affectio quaedam, sive modus nostrae cogitationis, a qua pendet, nec per se sine ea realiter subsistere potest. Cum porro cogitatio ipsa aliud non sit, quam affectio quaedam mentis cogitantis, patet est, veritatem extra mentem cogitantem reapse non existere. Falsitas vero contradictorie veritati opponitur, et in ipsius negatione consistit; cogitatio enim quae objecto non convenit hoc ipso disconvenit. 1. Coroll.

Veritas de qua nobis est sermo, Logica dicitur, ut discriminetur tum a Metaphysica, tum morali. Veritas enim Metaphysica in eo consistit, ut res actu existens habeat omnia, quae ad ejus naturam, ac naturalem constitu- Scholion.

tio:

tamen requiruntur. Si enim dicimus [illegible] quamcumque [illegible] habet omnia, quae ad veram eius naturam per se requiruntur. Huic veritati nihil opponitur, requirit enim res non esse id, quod est. Veritas autem

moralis est convenientia sermonum cum mente, et seu loquentis, veracem eum dicimus, qui ut sentit loquitur, et [illegible] ter habeat. Huic adversatur mendacium.

Quotuplex sit veritas logica? 2.

Cogitationes nostrae vel referuntur ad objectum, quod realiter extra nos tale non existit, quale a mente nostra concipitur, vel ad objectum, quod extra nos independenter a nostro conceptu realiter existit. Hinc duplex oritur veritatis species interna, et externa. Interna sive formalis est convenientia cogitationis nostrae cum objecto, quod realiter extra nos tale saltem non existit, ut cum cogito: circulus est rotundus. vera est mea cogitatio, etiamsi nullus existeret circulus. Tales sunt omnes veritates geometricae. Veritas externa sive objectiva est convenientia nostrae cogitationis cum objecto, quod realiter extra nos existit, ut cum cogito: tellus est minor sole.

Corol.

Veritas ergo est, in re tanquam in fundamento, in intellectu tanquam in subjecto, et in verbis, quibus animi sensa significamus tanquam in signo. Quoniam vero eam cogitationem vel ideas nostras, vel judicia [illegible], ac [illegible] affirmamus, [illegible] de veritate cogitationum nostrarum [illegible] ad triplicem hanc cogitandi modum respicere debent.

Quando idea vera, et quando falsa? 3.

Idea vera est, quando notae, quae in objecto conjunctae existunt, repraesentantur conjunctae, sin autem conjunctae non sint, idea ab objecto discedit, et objectiva falsa dicitur. v. gr. idea solis vera est, cum eam magnitudinem, eum calorem, splendorem, motum, reliquasque notas, quae in sole

in-

invent, repraesentant. Idea, quae turrim quadratam longe distantem ut rotundam, vel ramum aquae immersum ut curvum exhibet, falsa est.

Idea interne falsa non datur; fieri enim non potest, ut id non sit in mente, quod ipsa in se percipit. Omnis igitur idea, quamdiu non refertur ad objectum externum actu existens, vera est. Scholion

Judicium adaeque, et enunciatio verum est dum praedicatum de subjecto enunciat, sicuti revera illi convenit, aut ab illo discrepat; si oppositum ostendat, judicium falsum erit. Judicium verum est si dicas: <u>circulus est rotundus</u>; falsum erit si asseras: <u>circulus est quadratus</u>. Quando judicia vera, et falsa? 4.

Cum axioma certissimum sit, non posse idem simul esse, et non esse, aut neque esse, neque non esse; hinc fit ut judicium idem, eademque propositio non possit objecto suo et esse simul, et non esse, vel neque esse, vel neque non esse conformis. Quare non potest eadem propositio et vera simul esse, et falsa, aut nec vera esse, nec falsa. Sed Aristoteli propositione enunciativa [illegible] placet. Scholion

Quaelibet propositio vel vera tantum est, vel falsa. Propositio 5.

Prob. Nulla Propositio simul vera, et falsa, aut neque vera, neque falsa esse potest: ergo quaelibet vel determinate vera, vel determinate falsa est, videlicet vel vera tantum vel falsa. Ant. prob. Propositionis veritas est conformitas illius cum suo objecto; falsitas est difformitas ab illius objecto: atqui nulla propositio potest esse conformis, simulque difformis, aut neque conformis, neque difformis a suo objecto: ergo nulla propositio potest esse simul vera, et falsa, aut neque

vera

vera, neque falsa. Minor patet ex allato axiomate, non potest videlicet idem simul esse, et non esse, aut neque esse, neque non esse; cum juxta illud quodlibet sit, vel non sit, atque impossibile sit, idem simul esse, et non esse, aut neque esse neque non esse: ergo nulla propositio potest esse conformis, simulque difformis, aut neque conformis, neque difformis a suo objecto, ac proinde quaelibet vel vera tantum, vel falsa est.

Objectio 6. Sunt quaedam propositiones tum verae, tum falsae: ergo non omnis propositio vel vera tantum est, vel falsa. Ant. prob. Si quis enim antea nullum verbum protulerit, ac abrupte dicat: <u>mentior</u>; haec propositio vera simul, et falsa est; ergo sunt quaedam propositiones tum verae, tum falsae. Ant. prob. Haec propositio imprimis falsa est; neque enim mentitur, qui non loquitur; sed est etiam vera; qui enim dicit se mentiri dum non loquitur, contra mentem loquitur, proindeque vere mentitur; ergo etc.

Responsio. Nego ant. Ad illius prob. distinguo ant. Haec propositio <u>mentior</u> est simul vera, et simul falsa comparata ad diversam propositionem, et distinctum sermonem, concedo ant.; comparata ad eandem propositionem, eundemque sermonem, nego ant., et consequentiam. Si itaque haec
2 propositio ad praecedentem sermonem refertur, utique falsa est; neque enim mentitur qui non loquitur. Si vero propositio haec seipsam respiciat, vera est; vere enim mentitur, qui dum nihil loquitur, tamen se mentiri contendit. Ubi autem te ex ejusmodi propositionibus expedias, quas logici <u>seipsas falsificantes vocant</u>, adverte, propositiones ex communi usu loquendi non debere seipsas pro-

objec-

objecto, sed aliis res, aut propositiones [illegible]

Illa propositio non potest dici determinate vera, aut falsa, quae non habet objectum determinatum; atqui propositio ista de futuro contingenti: Petrus cras peccabit non habet objectum determinatum; ergo &c. — Objectio 2da. 7.

Distingo maj. Illa propositio non est determinate vera, quae non habet objectum determinatum, id est quae aliquid enunciat, quod neque futurum est, neque non futurum, concedo maj.; quod certo futurum est, vel non futurum, nego maj. Et sic distincta minore nego consequentiam. Itaque actualis veritas, aut falsitas propositionis hujus: Petrus cras peccabit: nullo modo pendet ab actuali determinatione voluntatis Petri ad peccandum, vel non peccandum; sed tantum ex eo, quod necessarium sit, ut Petrus cras peccet, vel non; et ex eo quod fieri nequeat, ut cras peccet, et simul cras non peccet. Unde concluditur alterum ex duobus futurum esse certo, seu determinate, alterum non futurum. — Responsio.

Propositio singularis de futuro contingenti est indifferens ad veritatem aut falsitatem; ergo ejus objectum non est certo futurum, vel certo non futurum; nam non magis est certo futurum, quam certo non futurum [illegible] — Instantia.

Disting. ant. Est indifferens, id est tam potest evenire, quam non evenire, concedo; id est unum non magis eveniat, quam alterum, nego ant. et consequentiam. Petrus enim tam potest cras peccare, quam non peccare; sed tamen certum est unum futurum esse, alterum non futurum; posito enim quod actu peccat, poterat non peccare, et tamen heri verum erat, futurum esse hodie peccaturum. — Responsio.

Isto:

Scholion. Sed haec breviter exercitii gratia allegata sufficiant. Nunc paucas leges quasdam tradendas, quae ad agnoscendam propositionum quarumvis veritatem necessariae, inter quas instar omnium esse poterit sequens: Propositio quae vera non est secundum omnes partes, et respectus simpliciter inter falsas referri debet. Ex hac porro sequentes veluti corollaria fluunt.

Leges de propositionum veritate aut falsitate diiudicanda

8.

Ex allata itaque generali lege ad propositionum modalium veritatem quod attinet, consequitur primo, quod, ut eae verae sint, requiritur ut et praedicatum quod affirmatur subiecto conveniat, quod negatur non conveniat; sed opus est etiam, ut eo modo conveniat, vel non conveniat, quo affirmatur vel negatur. Quare falsa est haec propositio: mundus necessario existit, licet enim existat, necessario tamen non existit. Item falsa est haec altera: circulus est contingenter rotundus. 1.

Ut exclusiva propositio sit vera, praeter veritatem utriusque propositionis simplicis, in quas propositio exclusiva resolvitur, requiritur semper, ut quod alterius soli esse dicitur, alii omnino repugnet. Sine [illegible] item falsum: animus humanus est incorruptibilis, anima est enim simplex. Falsa haec altera: anima humana cogitat, quia est substantia. 2.

Ut propositio copulativa sit vera requiritur, ut omne illius membrum sit verum, falsa enim est, si vel unum illius membrum sit falsum. Est autem propositio ejusmodi, quae aggregatum est simplicium, quatenus vel [illegible] subjecto, vel praedicato. Quare, qui affirmat compositum, eo ipso implicite omnes simplices tales esse concedit. Hinc falsa est ista: anima humana est spiritualis et mortalis, [illegible] perfectissimus. 3.

nus est, et omnium possibilium optimus.

4. Ad veritatem propositionis disjunctivæ, si in ea particula vel, tantum vel, intelligatur sufficit si unum ejus membrum sit verum, et a fortiori vera erit, si utrumque membrum fuerit verum; ut hæc propositio disjunctiva composita: aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina dissolvetur. Unum tacite subjunctam habeat particulam tantum, ut ea sit vera propositio, veritas unius membri, et falsitas alterius, ut vel Deus est, vel non, ejus sonus est; vel Deus tantum est, vel tantum non.

5. Propositio conditionalis vera dicitur, si in conditione vel conditionato requiritur; idest si ea detur connexio inter conditionem, et conditionatum, ut unius veritas ab alterius veritate pendeat: minime vero requiritur ut quid in conditione, vel conditionato ponitur, verum sit, aut unquam verificandum. Hinc vera est ista: Si anima humana est corporea, est corruptibilis; falsa hæc altera: si anima humana est corruptibilis, non est spiritus. Sic vera est etiam illa Christi conditionalis oratio: væ Corozain, et Bethsaida; si in Tyro, et Sidone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio, et cinere pœnitentiam egissent; licet in Tyro, et Sidone virtutes nunquam factæ fuerint, quæ factæ sunt in urbibus Corozain, et Bethsaida.

6. Propositiones contradictoriæ, neque simul veræ, neque simul falsæ esse possunt. Si enim ambæ simul veræ essent; tum idem de eodem eadem veritate affirmaretur, et negaretur, adeoque idem simul esset, et non esset contra notissimum axioma: non potest idem simul esse, et non esse. Si ex hac utraque vera foret: omnis virtus est honesta; aliqua virtus non est honesta; tum aliqua virtus esset simul, et non esset

hone:

honesta, cum propositio universalis praedicatum affirmet in-
[illegible] de singulis, ut subjecto continentur. 2. Deinde simul falsae
sunt, cum aliquid simul nec esset, nec non esset, quod repugnat
axiomati: quodlibet est vel non est. Si si falsa est haec: omnis
virtus est honesta, nec aliqua virtus non est honesta, et si ita
nec falsa est haec: aliqua virtus non est honesta; nec aliqua
virtus non est non honesta, id est aliqua virtus nec esset nec non
esset honesta. Eadem clarius patebit in duabus singularibus, quae
contradictorie opponuntur; ut nempe haec utraque vera: Cicero est
eloquens; Cicero non est eloquens; erit igitur Cicero simul eloquens
et simul non eloquens; et quod utraque falsa, erit igitur Cicero
nec eloquens nec non eloquens. Atque ita recte infertur, quod in
omni casu a veritate unius contradictoriae ad falsitatem alterius,
aut a falsitate unius ad veritatem alterius valet illatio.

Contrariae propositiones numquam possunt simul esse 7.
verae; si enim verae forent, [illegible] universales, verae
forent etiam particulares sub iisdem contentae; quod quidem fie-
ri nequit, nam verae etiam forent contradictoriae, possent simul
esse verae. Si et vera esset utraque contraria: omnis virtus est ho-
nesta, nulla virtus est honesta, verae forent etiam particulares:
aliqua virtus est honesta, aliqua virtus non est honesta, adeoque
et illae contradictoriae: omnis virtus est honesta, aliqua virtus non
est honesta. Quod sane repugnat. At vero propositiones contra-
riae possunt simul esse falsae in materia contingenti, non tamen
in materia necessaria. Ratio prima est, quia quod contingenter con-

[illegible]

rum speciei conveniat, potest aliquibus individuis inesse, arbitraria
non necessario falsa, [illegible]: Omnis homo est eruditus: nullus homo est
eruditus. Ratio [illegible] est, quia quod in integra specie necessarium est, singu-
lis quoque individuis [illegible] competere debet. Hic similiter
[illegible] esse repugnant hae duae: Omnis virtus est honesta, nulla virtus est
honesta.

Ratiocinia denique, adeoque et argumentationes hanc veritatem [illegible]. Quando ratioci-
[illegible], illa et interna materiae, et externa formae recte fuerit concinnata nia vera, et fal-
[illegible] autem ratiocinamur ratione materiae, si propositiones, ex qui- sa
[illegible] [illegible], [illegible]. Ratione formae recte ratiocinamur, 9.
cum syllogismus regulis supra traditis [illegible]. Quod
si desit veritas judiciorum et propositionum, hunc ratiocinium objective
sive materialiter falsum dicitur; si desit nexus antecedens inter et conse-
quens, ratiocinium formaliter, et interne falsum appellatur. Ex. gr. Omnis
[illegible] est [illegible] ~~[illegible]~~ [illegible] est, [illegible]:
ergo omnis homo est [illegible]. Ratiocinium hoc [illegible]
est ratione formae falsum, ratione materiae [illegible]: Aliquis [illegible]
[illegible] est aestimandus, sed [illegible] est [illegible] aestimandus.
Ratiocinium verum est ratione materiae, falsum ratione formae.

Caput [illegible]

De indiciis veritatis, certitudine, et evidentia.

Certitudo indicia [illegible], quae [illegible], quod [illegible] Quid indicia ve-
[illegible] rationes, [illegible] continent, [illegible] aliquid verum esse, intelligamusque ritatis, et
[illegible] praedicatum subjecto tribuendum aut detrahendum esse. Et quo- quotuplicia?
[illegible] veritatis, quam indicia [illegible] continent, vel est sufficiens, vel in- 10.
suf-

sufficiens, hinc indicia ipsa vel sufficientia sint, vel insufficientia. In-
sufficientia dicuntur, quae nunquam fallunt, insufficientia vero, quae ali-
quando fallunt.

Quid certitudo, quid incertitudo? 11

Qui indicia sufficientia veritatis obtinet, ita ut ne suspicionem quidem de opposita falsitate prudenter in animum admittere possit, is de veritate certus esse dicitur, ut cum judicat totum majus est sua parte. Qui indicia minime sufficientia habet, incertus de veritate est, ut cum dicitur in planetis incolas. Certitudo igitur merito appellatur affectio quaedam, qua status mentis sine omni sollicitudine, aut formidine de opposito veritati per indicia sufficientia cognitae adhaerentis. Cum adest omnis sollicitudo, aut formido nondum abest, incertitudo habetur.

Coroll. Cum fieri possit ut unus indiciorum, quae adsunt, sufficientiam perspiciat, alter non; fieri quoque potest, ut de eadem veritate unus certus sit, alter incertus. Sic olim incerti erant de veritate propositionis hujus: dantur antipodes; nos contra jam certissimi sumus. Quare certitudo magis ad mentem, quam ad ipsam propositionem refertur.

Quotuplex certitudo? 12

Certitudo ex indiciis sufficientibus orta triplex est, vel enim ea indicia sunt ejusmodi, ut nullo absolute modo fallere possint; vel fallere non possint, quamdiu universales naturae leges observantur; vel iis demum, quae secundum humanam prudentiam, leges fallere negantur. Primo casu certitudo dicitur metaphysica, seu mathematica; ut in hac propositione: circulus est rotundus; in altero physica, ut in hac: corpus non suffultum cadit; in tertio moralis, ut in hac: Caesar Gallos devicit. Moralis porro rursum duplex distinguenda,

ma:

maxima nempe, media, et infima; maxima est, si indicia nun-
quam fallant, media si rarissime fallant, infima denique si ra-
ro fallant [illegible]

Cum communes naturae leges aliquando auctore Deo immu- Scholion
tari possint, ut in metaphysica demonstratur, non est absolute
impossibile, ut indicia certitudinem Physicam ceteroquin habentia
quandoque fallant. Hinc certitudo Physica hanc implicitam condi-
tionem habet si ordinariae, quas constanter experimur, naturae leges ser-
ventur, et Deus illas non contravertat. Verum quo est propterea certi-
tudo minor, cum aliunde constet, Deum qui mundum, juxta
leges universales a se statutas gubernat, non nisi raro, et ex causis
gravissimis miracula patrare, atque illum ne etiam in casu aliquo
particularem indicia ex quibus, juxta leges communes naturae certo mani-
festa colligi possit. Idem cum proportione de altera, quam moralem di-
ximus, certitudine intelligendum est; quandoque [illegible] humanae pru-
dentiae obliterari non possumus, propterea quod quae leges aliquando
rarissime tamen fallant. Raro enim raro, et non nisi difficillime eve-
niunt, raro quidem etiam ad impossibilia referuntur. Hinc moralis
certitudinis firmitas tanta est ut ad eam, non minus quam ad Physi-
cam quotidianas vitae nostrae actiones indubitanter conformare sole-
mus. Quin imo si de certitudine morali [illegible] [illegible] pri-
certitudini metaphysicae quoad [illegible] [illegible] aequivalere [illegible]

Evidentia, sive perspicuitas est perceptio veritatis adeo clara, et di- Quid evidentia
stincta, ut eam quasi oculis mens nostra intueatur, et dum eam et quotuplex
nostra cognoscit, se esse rationalem illam non posse simulare, ei non 13

[illegible]

ens q. Hinc ut cuique patet, evidentiam semper certitudinem sup-
ponit, proindeque omne, quidem evidens est etiam certum, licet
non omne certum est evidens. Evidentia porro cum certitudinem
comitetur, ipsa quoque in Metaphysicam, physicam, et moralem, ra-
tione ipsius certitudinis habita, distribui debet. Quum vero indicia me-
taphysicam certitudinem parientia clare ac distincte percipiuntur
evidentia habetur metaphysica; physicam dum indicia certitudinem
physicam; moralis dum moralem certitudinem indicia parien-
tia clare ac distincte percipiuntur.

Evid. immediata et mediata?

14. Evidentia deinde in immediatam, et mediatam distribui solet. Cum
enim mens hoc lumine collustrata veritatem perspicit, tunc quan-
est ut eidem convenientia, aut repugnantia praedicati cum subje-
ctoque clarissime relucent: id porro duplici modo contingit: vel
enim ex sola comparatione, uniusque quasi intuitu patescit, ideam
praedicati contineri in idea subjecti aut ab ea excludi; ut in his judi-
ciis: circulus est rotundus, aut simplex non est corruptibile; tunc
habetur evidentia immediata. Vel ex idea subjecti distincte perspici-
tur ratio, ob quam eidem idea praedicati certissime vel conveniat, vel
repugnat; ut in hoc judicio: animus humanus est incorruptibilis; in idea e-
nim animi humani continetur simplicitas quae est ratio invicta, cur ani-
mus incorruptibilitas competat; tunc adest evidentia mediata.

Scholion

Non desunt qui evidentiam, in veram, et apparentem partiuntur.
Apparentem porro non aliud esse volunt, quam speciem quandam
veram, falsamque splendorem, quo deluduntur ii qui quando quidpiam
mentem perspiciunt esse dubitant in errores tamen prolabuntur. Verum

cur:

evidentia haec nequaquam evidentiae nomen meretur, cumque vera
quae nulla sit, idoneum veritatis criterium agere nequaquam potest. Hac
fascinatus fuit Cartesius, dum post antipodes, qui nunc ipse videri
ius a pueris; Malebranchius, dum adeo evidenter se cognovisse
affirmabat, nos omnia in Deo videre, ut asseveraret nullam se recusasse
naturam, quam de sententia decedere; idem contigit Cartesio qui ex
ipsium in vacuo repugnantiam evidenter deprehendisse sibi visus
est. Idem denique et multis praeterea contigit Leibnitio, et Wolfio
cum maximam mundi hujus perfectionem se demonstrasse gloriabantur.
Saepe nimirum fallimur, dum veritatem quamquam perspicuam
esse existimamus; characteribus quibusdam opus est, qui veram
perspicuitatem ab apparente discriminent.

Verae itaque evidentiae characteres praecipui sunt, quando istis prae- Verae evidentiae
videlicet requisitis, et mente tranquilla, et identidem eam considerantibus characteres.
evidentia eadem semper appareat; necesse deinde est, ut ea stipen- 15
dium sequatur, ut tametsi velimus assensum tamen cohibere nequeamus;
satis opus est etiam, ut talis dubitantibus omnibus eaque in parte quaerentis
modo attentis praeparent animum videatur. Ipso denique oportet ut
evidentia numquam praebeat fundamentum falsae conclusionis inde
legitime deducendae; non enim evidentia vera nobis datur, nisi in
propositionibus veris; ex vera autem falsam legitime non sequitur;
inde patet ex ipsis nihil falsi legitime inferri posse.

Scientia, quae et a nobis, est cognitio certa, et evidens, conque- Quid scientia,
tionis comparata; dividi solet primo in scientiam simplicis intuitionis, et quotuplex.
et scientiam demonstrationis. Illa nec ullo ratiocinio habetur, sed 16.

sola

sola [illegible] [illegible]: [illegible] [illegible]: Quae

eidem sunt aequalia, inter se sunt aequalia. q. Ejusmodi est etiam omnia ista omnia quae intima conscientia et sensu intimo cognoscimus, ut cum esse cogitare, a. Ex scientia vero dicitur demonstrationis est cognitio certa, et evidens per ratiocinium acquisita. Juxta Aristotelem ejusdem scire est rem per causam cognoscere. Ejusmodi est scientia Mathematica, qua ex gr. quadratum hypotenusae aequale sit duobus aliis, quae in rectangulo trianguli lateribus fiunt. Scientia duplex certitudinis, et evidentiae distincta in Metaphysicam, Physicam, et Moralem; quippe est, quae Metaphysicam certitudinem, et evidentiam involvit; altera quae Physicam; reliqua

[illegible] denique quae moralem habet [illegible]

Quid fides, et quotuplex? [illegible] [illegible]

Assensus, qui propter alicujus auctoritatem praestatur, fides nuncupatur, qui vero ejusmodi assensum praestat credere dicitur. Hinc patet fides est cognitio ex loquentis auctoritate [illegible] [illegible] non cognitionem fide comparamus. Quoniam vero non homines tantum, sed ipse Deus de rebus quibusdam testimonium dicit, inde facile constat, fidem aliam esse humanam, aliam divinam.

Scholion

Fidem adhibere loquenti non solemus, nisi et scire eum, qui loquitur et verum velle dicere appareat. [illegible] scientiam, ipsius, et probitatem, et veriloquium auctoris complectitur. Atque id hoc est quod in teste requirit Cicero,, Verum autem non qualecumque testimonium pondus habet ad faciendam enim fidem auctoritas requiritur,

Quid opinio, et quotuplex?

1801

Opinio dicitur veritatis cognitio ex judiciis insufficientibus orta, ut si dicas lunam suos habere incolas. Opinio porro alia probabilis alia improbabilis est. probabilis vocatur cum oritur ex indiciis [illegible]

[illegible]

sufficientibus gravibus tamen, ~~vel utrinque nullis adsunt~~ et quae
probari merentur: improbabilis vero cum ratio ex indiciis quae
ad prudentem assensum minime sufficiunt.

Suspicionem vocamus illum mentis statum quo licet quidem in Quid suspicio, et
judicium ferendum propendet, illud tamen non fert quod rationes dubium?
ad prudens judicium ferendum sufficere non videantur. Dubium est ne 19
garius judicii, quia utrinque graves vel utrinque nulla adsunt veritatis
indicia. In primo casu dubium est positivum, in altero negativum, quod
quidem rectius ignorantia dici potest. Sed haec deinde recole, quae supe
rius capite 6to de propositionum qualitate diximus.

Pythagoras primus ille Philosophus inter maxima Dei beneficia Scholion.
hominibus collata illud ~~[illegible]~~ [illegible]
veritatis cognoscendae et amplectendae cupidum affectum fuisse. Fue
runt tamen non nulli, et quidem ex antiquis inter Philosophos in naturam hu
manam adeo injurii, qui nihil cognosci, nihil percipi, nihil comprehendi
contenderent, quinimo eo dementiae quidam pervenisse feruntur, ut de
ipsis nostris dubiis dubitandum esse putaverint. Inter veteres, ut ex re
centiori origine, quasi incipere Philosophiae [illegible] accepimus,
constat Pyrrhonibus praecipue ab auctore sic dictis, vel Scepticos esse
quod perspicuitatem semper, et nusquam invenirent, in ejusmodi adver
sitatem [illegible] pelagus [illegible] recentiores defuerunt qui
veterum deliramenta iterum in scenam produxerunt et praesertim Bayle
us, qui scepticismi causam tam [illegible] propugnandam su
scepit in dictionario historico-critico ut non mirum [illegible] Philosophus, inque
admodum [illegible] explicare. Nos in

sa:

[illegible] hujusmodi hominis conversatione potius, et medico, quam ra-tione, et instructione dignos existimamus; quis enim eorum dubitet sit necne? loquatur, an taceat? jaceat an stet? ambulet an sedeat? Ego vero nullos tam stupere crediderim, ut de his interrogati nesciant respondere. Nihilo-minus ut ad eam veritatem, ad quam assequendam vehementissimum desiderium nobis natura auctor ingessit, nos pervenire posse ostendamus, atque veram dari scientiam et certitudinem, eamque in certissimis [illegible] enarrare comprobemus; quod quidem sequentibus capitibus demonstra-bimus; inanes modo, atque insipientes scepticorum cavillationes refellere debemus. Sit itaque prima

Propositio prima

2c. [illegible] Dantur veritates quaedam adeo certae, et evidentes, ut nemo prudens ex animo de iis dubitet.

Hae sunt veritates: ego existo, cogito, vivo, quaedam ad felicitatem me-am conferunt, quaedam vero officiunt; non potest idem simul esse, et non esse, aliaque hujusmodi adeo certae, et evidentes, ut de iis nemo prudens serio dubitet; ergo dantur veritates quaedam adeo certae, et evidentes, ut de iis nemo prudens serio dubitet. [illegible] Sceptici ipsi, qui de omnibus du-bitandum esse contendunt, aperte monent ne de iis aliisque veritatibus nimi-um [illegible]: nam scientes et prudentes de omnibus dubitandum esse con-stanter affirmant; Dialecticae praeceptis disputationes suas conformant, mani-festis contradictionibus se non teneri, [illegible]; [illegible] ut huma-nae [illegible] leges assignant, eamque ad [illegible], et praecipitiis [illegible] [illegible], [illegible] vitae praejudicia [illegible], [illegible] [illegible] posteritati [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] constantia, hac vitae [illegible], et [illegible] nobis ni-

ni-

nihil hucusque percepit et cognovit; si de ipsa sua certitudine secum et ra-
tione dubitaret, quaero unde nata sit et quomodo? Illae igitur veritates, quae
duo certae sunt, et evidentes, ut de iis nemo prudens serio dubitet.

Sed cur Sceptici contendunt nec unum esse certum hominibus, nec
hoc esse certum? Cur Academici volunt ne hoc quidem esse certum, quod de
omnibus pariter dubitandum? Vel id certa ratione ducti asserunt, vel non;
si primum, tollendo veritatem, eam constituunt, propriaque manifestaque con-
tradictione rei tenentur: si alterum imprudentissime, audaciae notam non ef-
fugiunt, cum ea imprudenter jactitent, quae aestimandi certa ratione
destituuntur.

Philosophi magni nominis, virique praestantissimi fatentur nos ni- Objectio
hil esse certum. Inter hos recenset Huetius in libro, cui titulus humani inge- 2a.
nii imbecillitas, Pherecidem Syrum, Anacarsim Scytham, Pythagoram Sa-
mium, Empedoclem Agrigentinum, Zenonem Eleaten, Parmenidem, He-
raclitum, Anaxagoram, Democritum, Socratem, Platonem, Aristotelem, Ci-
ceronem, aliosque, quibus nuper accessere Cartesiani omnes, qui semel
saltem in vita de omnibus dubitandum esse docent, Joannes Lockius, at-
que ipse Huetius. Ergo ita saltem esse credendum est, nisi eos omnes men-
daces esse velis, quod sine temeritatis nota asseri non potest.

Huic objectioni respondemus generatim: vix ac ne vix quidem unquam Responsio.
extitisse, qui sic furere valeant, ut ex animo dicant nihil homines
scire, nihil comprehendi posse; intimae enim conscientiae id repugnant. Illi
qui vacare sunt, eos non monitoris, nec doctoris, sed tutoris ac judicis indi-
gere censet. Quare veteres illi non affirmantur quasi de omnibus serio
dubitaverint, sed incertitudinem Scepticorum docuisse censendi sunt, imbecilli-
ta-

tatem rerum ingenii humani ignoraverint, et jam admodum earum, ab homine certo cognoscantur, docuerunt. Et profecto eos veritatem non omnino negasse ex eorum vita, et doctrina aperte colligitur. // Neque nostrae disputationes, ait Cicero inter Academicos facile princeps, quicquam aliud agunt, nisi ut in utramque partem dicendo, et audiendo eliciant, et tamquam exprimant aliquid, quod aut verum sit, aut ad id quam proxime accedat //. Quae quidem philosophandi ratio prudens et modestissima est. Unus Pyrrho rem ad excessum provexit. Fertur enim, ut aiunt, Democriti libris variisque auditis Philosophis, imprimis Anaxarcho, cum nihil certi sibi reperire visus esset, etiam nihil comprehendi posse docuit. Eoque dementiae dicitur pervenisse, ut nulli curribus occurrenti cederet a via, propterea quod dubitaret an non a sensibus fallaciam machinantibus sibi illuderetur. Sed de hoc etiam magna inter eruditos est quaestio, an affirmarent Scepticorum verbo tenus saltem (profecto non corde) fuerit professores. Caeterum tamen contendit, non eas a Pyrrhoniis veritates negatas fuisse, quae intelligentiae constarent quippe quae per se sunt perspicuae; sed quae sensibus percipiuntur. In quo quidem dogma Platonicum paulo nimis provexerunt. Plato enim quae a sensibus hauriuntur non quidem veritate sed opinione percipi docuerat. Caeterum non generale aliquod axioma assignant, quod veritatis inquisitioni opponitur, nec pro tempore aliquo [illegible] suspensionem [illegible] cum de veritatibus agitur in quibus aliqua incertitudinis suspicio reperitur.

Nonnulli Pyrrhoniis accensent Huetium ob libellum <u>De imbecillitate mentis</u> humanae, in quo docet nihil sola ratione naturali comprehendi posse, nisi ad revelationem confugiendum esse. Ad eandem classem referunt quidam Lockium tum ob alias rationes, tum potissimum ob eam quod valde suspica-

tur

hos sit Deficeret nec nobis unus aut plures sensus quorum ope [illegible], ut
a nobis nihil adequate percipiatur (cumquisque sentiunt non satis alter-
ta nec Stoicum tegerunt, nec Pyrrhonium. Stoicum enim [illegible] proposuerunt,
ut superbientium rationem non extinguerent, sed fidei ancillam docerent. Sce-
ptico vero, ut ne constitutos sibi a natura terminos transire possint. [illegible]
moderatos igitur scepticos habendos esse ita. alioquin in eorundem quoque
numerum conferre possemus non omnes modo Ecclesiae Patres, sed Apostolos et
ipsos Prophetas qui de mentis humanae imbecillitate saepe nos monent.

Dantur ideo veritates quaedam adeo certae, et evidentes, ut in confesso sint a- Scholion
pud omnes, proindeque credit quod omnes homines veri nominis sceptici. Quae
cum ita sint, neglectis quibusdam [illegible] scepticorum si qui sunt [illegible]
veritas, qui se nihil certo scire profitentur, jam ea ipsa indicia, quae veri-
tatem nobis manifestant stabiliendo gradum faciamus modo autem ea evide-
ntiam, quam pro infallibili veritatis criterio habendam esse ostendamus.

Evidentia omnibus ~~[illegible]~~ characteribus instructa pro infallibili Propositio
veritatis criterio habenda est. 22.

Prob. Si veritates omnes in dubium sunt revocandae, vel evidentia [illegible] om-
nibus characteribus instructa pro infallibili veritatis criterio habenda est, atqui
dantur veritates quaedam adeo certae, et evidentes, ut de iis serio dubitare plane
non possimus, ut praecedenti propositione demonstratum est, ergo evidentia pro
infallibili veritatis criterio habenda est. Maj. prob. Dantur veritates quaedam
de quibus non minus certi esse possumus, quam ex evidentiae lumine, ergo vel
omnes veritates in dubium sunt revocandae, vel evidentia [illegible]
certitudinis potest. Unde enim certo cognoscimus nos cogitare, existere, vivere,
quae sunt eadem uni tertio eadem esse inter se, non posse idem simul esse,

et

et non esse omne totum esse majus sua parte, aliaque ejusmodi; Non aliud pa-
re ex capite, quam quod iis nobis evidenter innotescat, quodque [illegible]
perspicue videamus fieri non posse, ut non existat, et vivat qui cogitat. jam
vero quod adsignari discrimen poterit cur non aeque certi reddamur de aliis
quoque veritatibus, quae aeque clare nobis proponuntur, quaeque tamen incerta
essent, ac dubia, nisi evidentia pro infallibili veritatis criterio haberetur.

Prob. 2do Posita veritate illius principii: non potest idem simul esse et non esse. Si itaque evidentia fallere possit, posset etiam idem simul esse, et non esse, atqui non potest idem simul esse, et non esse. ergo neque evidentia fallere potest. Maj. prob. Si evidentia nos fallere posset, tum convenientia, aut repugnantia, quarum inter se clara, ac distincta perceptio haberetur simul, et non haberetur. haberetur cum ex hypothesi mente perciperetur, et prius sit verum esse quam percipi; non haberetur cum in ea percipienda mens falleretur, aut falli posset. sed hoc idem est ac si diceretur posse idem simul esse et non esse ergo si evidentia fallere possit posset etiam idem simul esse, et non esse, quod maxime absurdum est.

Corol. Cum igitur evidentia depulsi veritate citra omnem errandi periculum nos certos reddat, inde fit, ut evidentia necessariam habeat cum veritate connexionem, et Metaphysicam certitudinem pariat.

Objectio prima 23. Illud non est infallibile veritatis criterium quod ad judicia falsa impellit atqui evidentia ad judicia falsa impellit; ergo &c. Prob. min. Evidentia sententiis e diametro pugnantibus pariter favet sed quod sententiis e diametro pugnantibus favet certissime ad judicia falsa impellit. ergo &c. Maj. prob. Quod omnes sibi vindicant omnibus favet, sed in disputationibus Philosophicis omnes evidentiam sibi vindicant; ergo evidentia

omni-

omnibus favet.

Nego min. ad illius prob. nego maj. ad ulteriorem probationem distinguo Responsio

maj. Quod omnes jure ac merito sibi vindicant omnibus favet concedo quo

omnes vel merito, vel immerito sibi vindicant nego maj, et sic distincta mino:

re nego consequentiam. Cum itaque evidentiae falsitas subesse non possit

neque enim idem simul esse, et non esse, [illegible] evidentiae judi-

cio, falsum ingerere possit. Hinc vides neque sententias e diametro opposi-

tas evidentiam refragari posse, tunc enim altera contradictoriis praedicatum

cum subjecto convenire, altera non convenire perciperet, quod quidem re:

pugnat. In contrariis omnibus philosophicis quidem omnes sibi evidentiam

arrogare solent, atque ab illius insignibus militare se gloriantur; sed necesse

est ut ex iis quidam evidentiam cum falsa illius imagine confundant

quam si iterum attentius inspicere voluerint, tandem agnoscent, se vel prae-

judiciis occaecatos, vel imaginatione delusos, vel cupiditatibus abreptos, multa

principia [?] statuerint, quae evidentiam dictam sequerentur se jactasse.

Zda

Zotus.

Sequitur caput 2dum

Saepe viri etiam perspicacissimi progressu temporis falsa esse deprehenderunt, quae prius pro evidentibus habebant, vel saltem ab aliis perspicacioribus errorum paralogismi deprehensi fuerunt: ergo etc. Antecedens patet tum ex Mahometanis, qui adeo evidenter se cognovisse putavit nos omnium [illegible] dere, ut mallet se vocari fanaticum, quam de sententia recedere; tum ex Cartesio qui manifestam repugnantiam in vacuo deprehendisse sibi visus est; tum ex aliis quos supra in scholio numeri 14. commemoravimus: ergo etc. [illegible] — Objectio 2da 24.

Distinguo ant. saepe viri perspicacissimi etc. si tamen non nisi tum cum dixit, quando ipsorum evidentia non fuit rite exacta ad eas leges, quibus vera evidentia ab apparente discernitur, concedo ant.; nego ant. et conseq. Hanc quae perspicacitas etiam, quae ad leges et characteres numero 16. exacta est nullum unquam hactenus fefellit, neque periculum est ut unquam fallat. Si itaque perspicacissimi etiam viri aliquando in errorem abrepti sunt, id eo factum est, quod eorum evidentia apparens tantum fuerit nec requisitis characteribus instructa. Fit enim non raro, ut viri perspicaci ingenio nimium fidant, et ideo demonstrationem suam prius vulgent quam eam mente tranquilla attenteque discussam repetitis vicibus examinaverint. — Responsio.

Quaelibet cognitio nostra utcumque clara, et evidens ortum habet a sensibus, ergo cum sensus nostri erroribus obnoxii sint, quaecumque cognitioni nostrae perspicientes nos tamen in errorem inducere potest. — Instantia

Distinguo ant. Quaelibet cognitio nostra utcumque clara, et perspicua oritur a sensibus; ita ut sensus saltem occasionem aliquam praebeant cuilibet cognitioni nostrae utcumque perspicuae, transeat ant.; ita ut — Responsio

ut quælibet cognitio nostra ubicunque perspicua proveniat: Alioquin [illegible]
per sensus, communique veritati veritas illius [illegible], nego ant. et conseq.^m
[illegible] enim multas easque perspicuas cognitiones habemus, quas
~~quæ primitus perceperunt~~ [illegible] huius cogni-
tionem: non potest idem simul esse, et non esse. Deinde tamen daremus
cuiuslibet cognitionis nostræ originem saltem (quod quidem decidere non
est huius loci) ad sensus externos denuo esse referendam, quod mens uni-
ta corpori etiam ad earum rerum contemplationem, quæ a sensibus ab-
stractæ erant, a sensationibus debeat duci: inde tamen non sequitur
quamlibet cognitionem nostram sensuum veritati niti. Namque ex fal-
sis etiam sensationibus cognitio certa, et evidens oriri potest. Sic si in lo-
co dubio spectrum videre crederent oculi, tamen is illius [illegible]
[illegible] cognitionem evidentissimam habet licet ex [illegible]
illudentium [illegible]

Objectio 3tia

25. [illegible] principia evidentia [illegible] est illud: quæ sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se. Atqui in adorando Trinitatis mysterio principium illud fallit, ergo &. Min. prob. In adorando Trinitatis mysterio Pater, et Filius sunt idem cum natura divina, nec sunt idem inter se: ergo fallit.

Responsio

Nego min. ad cuius prob. disting. ant. Pater, et Filius sunt idem inter se spectata natura, concedo ant.; spectata persona nego ant, et conseq.^m Verus, et genuinus [illegible] est eo modo, et in ea ratione eadem inter se, quo modo sunt idem cum tertio. Quare si etiam in creatis possibiles essent tres personæ, et unus homo, sive natura humana, eodem modo explicandi essent hæc in creatis ac nunc expli-
ca-

cabis in Divinis. Divina scilicet natura cum tribus divinis personis simul accepta identificata quidem est, at non est identificata in tribus suis relationibus cum unica persona seorsim accepta. Quamquam responderi potest etiam, axioma illud [illegible] in Divinis, sed tamen non habere, cum conditionem [illegible] creatis [illegible], ex quarum ideis conflatum est.

Evidentia nobis constare non potest, nisi ipsa sit signum sui ipsius sive per seipsam innotescat; atqui nulla res sui ipsius signum esse potest: ergo. Objectio [illegible] 26

Concedo maj. Distinguo min. Nulla res sui ipsius signum esse potest nec [illegible] scientiam per generat concedo; nunc nego min. et consequentiam. [illegible] quidem est res aliqua [illegible] signum esse non potest, nec per seipsam innotescere, nisi conscientiam sui generet; et evidentia quae in aliis hominibus [illegible] est, [illegible] signum ratione nostri esse nequit, quia mentem nostram immediate non afficit. At evidentia, quae nobis inest quia mentem nostram immediate affulget, [illegible] in intimum ponit, sui ipsius signum est. Quare non est opus, ut aliud [illegible], et [illegible] signum aliquod ab ipsa distinctum interponatur [illegible]. Responsio.

Caput 3.

De sensu intimo, tum de sensu communi.

Sensus intimus, qui et conscientia dici solet, est cognitio illa, qua mens de praesente suo statu admonetur, qua [illegible] se existere, vivere, velle, dubitare, credere, sapere, [illegible] etc. Hae veritates per sensum intimum cognitae dicuntur etiam veritates internae, propterea quod animum [illegible] in [illegible] residat. Quid sensus intimus? 27.

Sensus intimus est infallibile veritatis internae indicium. Propositio prima.

[illegible]

28 Prob. Sensus intimus nullo in casu nos fallere potest: ergo est infallibile veritatis internae indicium. Ant. prob. Per sensum intimum percipimus convenientiam, sive repugnantiam idearum inter se, et existentiam, activitatemque mentis nostrae affectionum, atque adeo id quod intus nobis praesens est, et quidem ea evidentiae claritate, ut majoris per naturam nostram ne capaces quidem simus; ergo sensus intimus nullo in casu nos fallere potest. Interea sic ne inde patet quod nihil detur quod nos propius, certius, ac efficacius convincat ~~convincit~~ de convenientia cogitationis nostrae cum suo objecto: ipsum siquidem objectum, nostraque cogitatio, atque conscientia intima, ~~nullo in casu nos fallere potest quod~~ ideas habemus, aliud re ipsa non sunt, quam nosmetipsi qui cogitamus, existimus atque intimam ejus scientiam habemus. Jam vero qui fieri potuerit, ut in iis fallamur, quae tanto nobis splendore sese menti sistunt?

Prob. 2do Sensus intimus necessariam habet cum veritate connexionem: ergo etc. Ant. prob. Sensus intimus necessariam habet cum veritate connexionem, si nos fallere non potest, quin idem simul sit et non sit; atqui res ita se habet, ergo etc. Min. prob. Tunc idem simul esset et non esset, cum eaedem affectiones essent simul, et non essent in animo, atque sensus per sensum intimum falleretur, cum eaedem affectiones essent simul et non essent in animo: ergo etc. Min. prob. Essent quidem cum in hypothesi illa mens intime sentiret quod jam non praesens in animo adhaerent, non essent tamen in animo, siquidem eas intime percipiendo falleretur: ergo mens per sensum intimum decipi non potest quin idem simul sit, et non sit, proindeque necessariam cum veritate connexionem habere dicendus est.

Corol.

Per sensum igitur intimum a nobis evidenter cognoscitur veritas propositionum universalium per se evidentium seu axiomatum abstractorum, quale est illud: *impossibile esse ut idem simul esse, et non esse*, cum in his nihil consideretur praeter convenientiam idearum, dictet actionem nostrarum; cum item quae in sensibus nostris contingunt et cum sentire cogitare dolere, liberi libertate pollere &c. Et denique eorum quae ex his legitima ratiocinatione eruuntur ut sunt conclusiones geometricae, metaphysicae, quia in his omnibus attributis negationes vel repetere obj- quia ante mentem nostram evidentiam habemus. Coroll.

Sensus intimus ad judicium falsum impellere potest: ergo &c. Ant. prob. Sensus intimus ad duo judicia contradictoria impellere potest, sed tamen unum necessario falsum est: ergo &c. Maj. prob. Qui dicit: *ego caleo, ego non caleo*; duo judicia contradictoria profert, atqui sensus intimus ad haec duo judicia movere potest hominem ex. gr. qui dum igni dexteram admovet, sinistram glaciem contrectat; experitur enim ille simul sensum caloris, et sensum frigoris. ergo &c. Objectio prima 29

Nego ant. Ad ejus prob. nego maj. Ad ulteriorem prob. distinguo maj. Qui dicit: *ego caleo, ego non caleo*, duo judicia contradictoria profert, si proferat de eodem objecto, et sub eodem respectu concedo maj. secus, nego maj. Distinguo etiam min. atqui sensus intimus ad haec duo judicia movere potest hominem &c. sub diverso tamen respectu conc. sub eodem nego min. et consequentiam. Ut contradictio habeatur, ut alibi diximus, requiritur affirmatio, et negatio ejusdem de eodem secundum idem. Porro illa duo judicia non proferuntur ab eodem homine sub eodem respectu, quia caloris, et frigoris sensus ad diversas corporis partes referuntur, alter scilicet ad dexteram, alter ad si- Responsio.

ni-

nistram: idem enim est, ac si diceret: ego valeo in dextra, ego non va-
leo, nec fugeo in sinistra. In praefatis igitur judiciis ne levissima qui-
dem occurrit contradictio.

Objectio 15ta. Historiae insanos quosdam memorant, in quibus omnis sensus intimi cer-
30. titudo cessare videtur. Inter hos duo praesertim animadversione digni
sunt. Horum unus intime persuasus erat, se non amplius in vivorum nu-
mero esse; sed vere, et reipsa se mortuum esse. Alter vero se maximum
piscem, nempe Thynnum esse firma persuasione tenebat. Atqui duo
isti in errorem a sensu intimo impellebantur: ergo &c.

Responsio. Stulti aeque, ac sanae mentis homines in rebus sui sensus intimi objecto nun-
quam falluntur. Stultus qui se vere, et reipsa mortuum putabat,
non alium statum mortis qui in ipso esset, sensum intimum habebat; hunc
enim status animae tamquam excludit; sed alium, nempe sensum intimum ha-
bebat, quem stulte in regione mortuorum collocabat. Hic errare contin-
git: non sensus intimi sui objectum, in quo minime fallebatur, sed alii-
s caeteris rationibus, ac praepostero judicio deliriis illusus sibi persua-
debat se a regulari vivere a vivorum commercio segregatum. Sensum
siquidem [illegible] inanitatem [illegible] atque in hoc fallebatur.
Alter vero nihil huiusmodi sensus intimi objecto, quod omnino habebat. Nul-
lus alter ipse quoque propriae, nec non Thynni existentiae, nec sen-
sum intimum habebat, in quo minime fallebatur: at delirus existen-
tiam suam existentiae piscis similem imaginabatur, qui ille alter man-
ce diffinxisset. Propria existentia saepe sui intimi vere objectum e-
rat; existentiae suae, ac naturae cum Thynni existentia, ac natura si-
militudo objectum erat sensui intimo prorsus extranea.

Ad.

Sensus intimus saepe somniantibus testatur se multa videre et audi= Objectio 3tia.
re, quae reipsa nulla sunt: ergo nos sensus intimus in errorem inducit. 31.

Distinguo ant. Sensus intimus saepe testatur ea, quae reipsa nulla sunt Responsio
extra mentem esse; in quantum ipsa nego ant; et conseq. Sensus qui=
dem intimus somniantibus non raro testatur, se multa videre, et au=
dire, quae extra mentem nihil omnino sunt, sed tamen in mente existunt
neque solas affectiones internas sensus intimus refert; quod quidem suf=
ficit, ut eius intimo sensus veritas constet. Namque somniantes, qui plura
vident, et audiunt, quae nunquam extra mentem existunt, vere tamen
intus afficiuntur, et proinde, ingentibus sensus eff[illegible] ..., proinde
quae minime falluntur. Quod vero somniorum objecta extra mentem rei=
psa existere credunt, in eo quidem decipiuntur, sed non sensus intimi
vitio, cum illa quae extra mentem sunt is nullo modo testatur.

Sensus communis, qui alias etiam recta ratio, et naturae vox appel= Quid sensus na=
latur, est naturalis quaedam mentis humanae animique rectitudo, qua fit, ut o= turae communis?
mnes homines eadem utantur [illegible] quibusdam veritatibus, et obviis, quae 32.
sub omnium captum, et intelligentiam cadunt, de eis [illegible] judicium ferunt. Ejus=
modi judicia sunt: Existunt praeter me alii homines. Omnes homines
non conspirant ad me fallendum, et decipiendum in iis, quae concordi ra=
tione asserunt. Ex fortuito partium concursu non potest exurgere to=
tum aliquod ordinatum, quod constanter, ac determinatos motus edit.
Existit Deus. Alias [illegible] veram certitudinem &c.

Veritates quae sensu communi dicuntur cognitae, sunt veritates Scholion.
externae, prout intelligibiles, obviae. Externae quidem, quia earum obje=
ctum extra mentem ex parte rei existit, ex quo fit, ut sensus communis

a

a mente intimo, quales sunt circa veritates internas versantur; sedari debent Pure intelligibiles quia neque per sensus, neque per auctoritatem acquiruntur, sed per puram intelligentiam. Obviae dicuntur, quia cum semel ista a naturae auctore nobis indita sit eaque item conservandam atque naturae legibus vita conformandam, quae res cuilibet obviae esse debent inde patet semper naturae communem circa obvias quasdam veritates versari debere.

Quid illius characteres? Sed et, judicia de Communi naturae sensu pronunciantia a quibuscumque aliis discernantur, characteres quidem probe notandi sunt. Unus itaque con-

33. sensus ex sensu naturae communis proficiscitur, nullam aliam habent originem, quam quae est ipsius naturae; quia ulla alia procedunt institutione, aliunde [illegible] ita sentiendi rationem, ut auctoritas, commodumque [illegible] utilitatum spes, metus &c. Hac enim in colluvie hominum, ut habet Tullius, cum consensus efficit, non stabilis opinio est confirmata, non legibus. Eorum portentosae fabulae, polytheismus, superstitiones variae, dolo, armis, imperio [illegible] licet regnis, ac nationibus permanserint, procul non sunt communis naturae sensus dogmata. Similiter perperam attribuerentur communi naturae sensui ea judicia, quae ex sensuum testimonio [illegible], quod legitima ratiocinatione erroneum, et fallax esse deprehenditur. Cujusmodi est ea [illegible], quam diu multa saecula terram quiescentem [illegible].

Alter. Ejusmodi consensus universalis esse debet, ac per omnes omnino nationes diffusus, non obstante temporum, ac locorum diversitate, ingeniorum, ac morum repugnantia, perpetuaque etiam commodorum oppositione. Unde Cicero, [illegible] hoc argumentum afferri videtur, cur Deos esse credamus, quod nulla gens tam fera, nemo omnium tam sit immanis, cujus mentem non imbuerit

Deo-

dunt opinio. Non obest tamen si in qualibet etiam natione non nulli dissentiant, maxime illi qui religione aut doctrinae praestantia, morumque integritate excellunt, quae religioni etiam eidem judicio adhaerent; quod enim natura docet, ex eo desumi debet, quae minimum a natura in sua perfectione recessit.

3tio. sensus ille cum aliis veritatibus certis, ac ab ipsa natura dictatis communis sit oportet, tamque alte animo infixus, ut nulla vel industria, vel violentia prorsus evelli possit; quin identidem etiam invito redeat, actionesque hominis praesidens, ... affectionum honestum etiam dirigat, ac gubernat

4to denique sensus ille procedente tempore, crescente litterarum morumque cultura crescat, roboretur, ampliusque inter homines diffundatur. Etenim ut praeclare Tullius, videmus ceteras opiniones fictas atque vanas diuturnitate extabuisse ... opinionum enim commenta delet dies, naturae judicia confirmat; ... ita progressis studiis [illegible]

... Communis autem universalis est infallibilis veritatis criterium. ... Propositio 34.

Pars prima prob. Experientia perpetua omnium saeculorum id comprobante, certum est dari in hominibus caeteroquin aetate, genio, educatione, moribusque inter se plurimum dissidentibus, judicia quaedam constanter consentientia in rebus quamplurimis, quae saepe nusquam non proveniuntur, etsi reliqua eorum judicia diversissima sint; ergo necesse ponere est, ut sit commune quoddam principium in quo judicia illa innitantur; cum unusquisque affectus particularis generalem causam requirat; sed ejusmodi principium omnibus omnino hominibus commune

[illegible] ali-

aliud esse non potest quam sensus communis et recta ratio, atqui id sunt et dicuntur homines: ergo existit sensus naturae communis. Ant. in dubium vocari non potest. Nam enim dantur ejusmodi consentientia judicia; ut Deum existere, Religionem eidem deberi, vindicem esse malorum, remuneratorem bonorum, liberum unicuique esse bene vel male agere, actiones quasdam bonas, quasdam vero esse malas. Et sane, omnes esse Deum, et naturam divinam arbitrantur inquit Tullius: nec vero id collocutio hominum, aut consensus efficit; non institutis opinio est confirmata, non legibus. Omni autem in re consensio omnium gentium lex naturae putanda est". Item " nulla gens est neque tam immansueta, neque tam fera, quae non etiamsi ignoret qualem habere Deum deceat, tamen habendum sciat". Minor interrogata per se stabilitur; licet enim natura diversorum hominum in quamplurimis differant, ut fere eorum facies, atque tamen in quantitatibus quae naturam animumque humanum, et rationalem constituunt, perfecte conveniunt. Patet igitur principium quoddam in

[illegible]

ipsa natura humana, et rationali fundatum, id est quamdam animi comparationem, seu propensionem naturalis ex qua ejusmodi judicia omnibus communia proficiscuntur.

Ad haec prima propositionis pars confirmatur etiam ex ea conditione naturae humanae dispositione, potiori hominum pars deficientibus principiis sive ratiocinationis adjumentis, nullum judicium certum, necessarium ferre potest de rebus earum existentibus quae tamen ad vitae consuetudinem apprime sunt necessariae, quod cum ita sit, necesse quoque est, maximam hominum rationalium partem ratione, aut omnesque non destitui. Confirmari potest etiam exemplo propensionis, quam parentes habent ad

amo-

amandos filios, quam naturalem esse nemo inficias, cum omnibus indita sit; quare idem dicendum est etiam de judiciis aliis quae commemoravimus, quaeque omnibus hominibus necessario indita esse deprehendimus.

Pars altera prob. Sensus communis in ipsa natura rationali fundatur, seu est ipsa recta ratio, quae de rebus quibusdam certis, et obviis nos ad judicandum impellit; sed haec nunquam fallit. ergo sensus communis nunquam fallit, adeoque est infallibile veritatis criterium. Maj. certa est; min. autem prob. Si recta ratio, seu rationalis natura nos falleret, homo rationalis foret, simulque non foret, quod contradictionem involvit; rationalis quidem; est namque natura humana, quam qui rationi ... hominem rationis ... non rationalis vero; cum enim error rationi, rationique ... repugnet, necesse est, ut natura, quae nos per sese infallibile judicium impellit, rationi repugnet. ergo &. Est porro haec veritas omnium fere antiquorum Philosophorum suffragio confirmata; unde Tullius, omni autem in re consensus omnium gentium lex naturae putanda est.

Haec eadem pars prob. ex Dei existentia, quam aliunde cognoscere, ... ratiocinari licet. Si sensus naturae communis nos falleret, ipse Deus nos in errorem induceret: sed hoc vel cogitare absurdissimum est: ergo et illud. Maj. prob. Sensus naturae communis non nisi a Deo naturae auctore provenire potest: naturalis enim comparatio non nisi a naturae auctore proficisci potest: ergo si sensus communis nos falleret, ipse Deus naturae auctor nos in errorem inducere dicendus esset.

Nullum igitur judicium ad quod formandum a sensu communi inducimur, ullo in casu potest esse falsum, atque hinc sequitur, ut quis vere judicet de re quae ad omnium intelligentiam pertinet, quando a communi Cord

sen

plurimorum sana ratione utentium judicio dissentit; neque enim verisimile est, ut tot homines ad judicandum idonei omnes fallantur atque tales ad unum collineent.

Objectio 1ma. Objicies itaque contra primam partem. Nullus datur sensus communis,

35 si nullae dantur veritates aeternae, circa quas homines idem omnino ferant judicium: atqui nullae dantur ejusmodi veritates: ergo. Min. prob. Si quae darentur veritates aeternae, circa quas omnes idem omnino ferant judicium, illae forent, potissimum existentia Dei, officium Religionis, existentia mundi corporei, aliorumque hominum: sed circa veritates has non omnes omnino homines idem ferunt judicium: ergo nullae dantur &c. Min. prob. Dei existentiam impugnant Athei omnes; Religionis cultum eidem exhiberi negant Deistae: mundi corporei existentiam inficiantur Idealistae, qui non nisi idealem corporum existentiam concedunt; denique aliorum hominum praeter semetipsos existentiam realem negant Egoistae. ergo ne circa has quidem veritates omnes homines idem ferunt judicium.

Responsio. Negando ad illam prob. con. maj. Distinguo min. Hac circa veritates has, non omnes omnino homines, ne uno quidem excepto, idem ferunt judicium con. min. non omnes moraliter homines paucissimis exceptis, deo monstra aeque optime parco non idem ferunt judicium, nego min. et cons. Ad ulteriorem prob. respondeo quod licet hae veritates omnino perspicue ad vitae de objectis quibusdam judicandum omnibus hominibus indita sit, non tamen in omnibus incorrupta permanet; cum enim homines libertate polleant, fieri potest, ut quis distortis animi affectionibus nimium indulgendo contrariis habitibus contractis insignem naturam corruptionem depravet, atque inde fit, ut nunquam fere omnes prorsus homines in idem in-

di-

Deum cognoscant, neque est opinio quantumcumque absurda, quae non aliquos saltem fautores nacta sit. Alterum nemo propterea inferat, consentiens ceterorum plurium, atque magis probatorum judicium naturale non esse; amor enim naturae, qui nos ad recte judicandum impellit, conferri debet cum alio naturae sensu, qui nos ad amandum, et desiderandum Deum incitat. Jam vero quis negaverit parentum in suos proles amorem naturalem esse? Et tamen nonnumquam parentes fuisse, in quibus earum hic naturalis amor extinctus fuit. Ita igitur [illegible] communem quoque plurimorum in unum consentiens judicium inter naturalia poni debet, tametsi nonnulli ab eo dissentiant.

Sed singulis, quae objiciuntur, particularia responsa breviter suppeditemus. Et primo quidem de Atheis, et Deistis, quod attinet, respondemus, in anima humana Dei conditoris imaginem [illegible] affectum [illegible] esse, et nulla in ea [illegible] elementa [illegible] nuit. Quare merito negamus ullos dari ejusmodi homines, qui ex animo Dei existentiam, debitumque illi Religionis cultum inficiantur.

Scepticos non moramur, dum [illegible] sensibus fidem detrahunt putantes easdem impulsiones ac rerum ideas excitari in nobis posse, quas perpetuo experimur, tametsi extra nos nihil quidquam existat. Neque enim [illegible] faciunt, deinde vero ab insaniae nota [illegible] re videntur, quamvis sensui communi [illegible] omnino derogant. Idem dicendum est de Egoistis; quis enim illum, si quis in toto terrarum orbe reperiatur, [illegible] dementiam, at furorem non devenisse dicat, qui sibi uni terrarum orbem, totumque universum a Deo constructum fuisse somniat? Neque vero monstra, et aberrationes in corporum natu-

ram

nunquam videmus; ita pariter monstra subinde, et animorum [illegible]tibus inveniuntur, quae tamen non tam naturae tribuenda sunt, quam ipsis hominibus, qui perverso libertatis usu lumen illud a natura insitum extinguunt, ac foedis pravis affectionibus trahendo propria culpa in monstra degenerant.

Objectio 2da. 36. Adversus alteram propositionis partem haec sunt quae opponi solent. Si consensus communis esset infallibile veritatis criterium tunc nobis certo constare deberet, omnium hominum judicia circa veritates quasdam externas conspirare: sed hoc est impossibile: ergo &. Prob. min. Ut nobis certo constat, omnium hominum judicia circa veritates quasdam conspirare, deberemus omnes homines vidisse, eorumque judicia explorasse; sed hoc est moraliter impossibile: ergo &.

Responsio. Nego min. Ad illius prob. nego maj. Quamvis enim nemo viderit omnes quotquot sunt hominum: unusquisque tamen certissime judicat, quod omnes propriam felicitatem desiderant, item quod pro sui conservatione cibo, et potu opus habeant: ergo etiam licet non omnes homines viderimus, eorumque judicia exploraverimus, illa tamen ex natura nostra ipsorumque constitutione nobis innotescere possunt. Quotiescumque videlicet veritati alicui assentiri [illegible], [illegible] maximam hominum partem assentire videmus, sine interno animi consensu dis[illegible] sentire non possumus; certi omnino sumus, eam veritatem eandem omnes [illegible], idem judicium ferre, ut ex allatis exemplis fit manifestum. Modus igitur cognoscendi latentem circa objecta quaedam aliorum mentem est ipsa naturalis vox [illegible], cujus [illegible] [illegible] omnium praejudicatis opinionibus positis, nec aliter quidem naturae [illegible] idem

idem de hoc vel illo objecto judicium semper ferendum impelli sentimus; hinc ipsam animi comparationem, quam in nostris deprehendimus, jure in aliis etiam existere judicamus.

Complura judicia, quae olim sensu communi ab omnibus fere hominibus (Objectio 3tia tanquam certissima habebantur, falsa et erronea fuisse deprehensa sunt 37 ergo: Ant. prob. Olim sensu communi Deorum pluralitas certissima censebatur; in Polytheismum enim nationes omnes, Judaica excepta conspirabant [illegible] sententia de motu solis annuo circa tellurem firmissima prorsus credebatur. Stellas dari antipodes communis etiam sensus erat adeo ut Lactantius pronunciare potuerit: est quisquam tam ineptus, qui credat esse homines, quorum vestigia sint superiora quam capita? Quae quidem sententia usque ad detectae Americae tempora viguit, ut patet ex eo, quod Augustini tempore censura lata erat in eos, qui Antipodum existentiam auderent asserere. Denique communissimum omnium hominum judicium est solis diametrum vix duos pedes aequare, et nisi a Philosophis contrarium accuratius demonstraretur, omnes id unum homines [illegible] firmissime judicarent, quae quidem alia apertissime falsa sunt deprehensa, alia ab hodiernis Philosophis probabiliter refutari dicuntur. ergo

Nego ant. ad illius prob. nego itemque ant. et respondeo, allata judicia, Responsio aliaque ejusmodi a sensu naturae communi minime profecta esse. Et ad primum quidem quod spectat, consensio illa de pluralitate Deorum in sensu communi fundata non fuit. Licet enim plurimae fuerint gentes Idolatriae, et Polytheismo deditae: multi tamen semper erant saltem, etiam inter gentiles, qui unum adorabant Deum Caeli et terrae conditorem; propterea circa Polytheismum nunquam sensus communis dabatur. Accedit quod plu-

plurimi ex Paganis Philosophis naturae lumine pluralium Deorum re-pugnantiam agnoverunt, ut ex Platonis, Marci Tullii Cice-ronis, Plutarchi, aliorumque veterum scriptorum libris compertum habe-mus. Quinimo Polytheismus ejusmodi est, ut clare, et evidenti ratione ad minimam etiam intelligentiam refelli facile possit, quod quidem nunquam contingere potest in judiciis illis quae natura duce formantur.

Ad alterum, quod opponitur de sententia [illegible] negamus solis aut telluris motum sensus communis objectum esse. Sensus enim communis est judicium omnium tam indoctorum, quam doctorum promiscue, judicii hujus ob-jectum debet esse tale, quod facile cadat in intellectum indoctissimi cujus-vis, quam doctissimi; quale profecto non est motus solis atque telluris, qui subtiliorem matheseos cognitionem supponit, qua cum plurimi destitu-antur, ne dicam quidem de hoc argumento judicium ferre valent. Quamque non defuerunt ex veteribus etiam qui astronomicis rationibus expensis, telluris circa solem motum esse censuerint, quae modo omnibus fere astronomis placet.

Sic neque sensum communem docentem Antipodum existentia fuit unquam negata. Nunquam, jam multo ante detectam Americam, Augustini aevi tem-pore, inveniuntur qui assererent esse Antipodes primis ipsis saeculis tamen com-muni consentiebatur, nullos esse Antipodes, decrevit [illegible] jam, quandoquidem post diluvium [illegible] [illegible], quae post [illegible] [illegible] [illegible], aetatemque [illegible] confusionem ex navigatione originem gentibus Americanis dedisse. Terrae ipsius situs, caeterique modi Antipodes nostri jam primis saeculis non fuerunt nominatis in adversa terrae parte sequentibus: Addendum illud, ipsam telluris dispositionem ejusmodi esse, ut

sta-

Philosophus facile conjicere potuerit eam, propter speciem suam, alimdignamque ad habitandum idoneam.

Postrema denique difficultas ex magnitudine solis desumpta nullius pene momenti est. Quis est enim etiam de infima plebe, qui hac in re non Philosophorum potius ac astronomorum, quam suorum oculorum testimonio fidem habeat? Quis unquam sana mente affirmavit soliaculum sive rotam duobus pedibus majorem habere? At fingamus fuisse talem. ea non uno experimento errorem dedocere potuisset provenire ex experientiam, qua certissime constat, objectum quodcumque pro majoris distantiae ratione minus apparere? Profecto vel imperitissimus novit plerumque suis se oculis de rerum magnitudine decipi. quare ita est ejus animus comparatus, ut facile in contrariam partem judicando labat. Illud igitur judicium ex sana natura non provenit. Atque idem de reliquis etiam popularium erroribus est sentiendum.

Pervulgatum est axioma, veritatem non esse in multitudine quaerendam; cui cum Stulta quaerunt, sive unstantur (nempe Dei, mundi corporei, proprii uniuscujusque corporis existentia &) opinione stultorum, plane at jaceant? Ergo sensus communis non est idoneum veritatis testimonium. Objectio 4ta. 38.

Sed huic axiomati aliud non minus pervulgatum occurri potest, videlicet Responsio. vox populi, vox Dei. Sed dicendo etiam pro illo axiomati respondere possumus, ajentes minimum illud ita esse accipiendum, ut de illa veritate intelligatur, ad cujus investigationem aut singularis attentio major ingenii vis difficiles ratiocinium, aut exquisita experimenta requiruntur, quae omnia utique frustra in multitudine quaeruntur. At veritas quae sola mentis applicatione absque longiori ratiocinatione cognosci potest, atque a vulgo, ac is

nat-

naturae ductum sequatur, quam in sapientissimo quovis Philosopho reperire potest; judicium proinde vulgi in sensu naturae fundatum nequaquam inter stultorum opiniones, ut Disputationis gratia contendit Cotta, referri possunt.

Objectio, et responsio.

39\. Si quis denique opponat, dari vitium voluntatis omnibus hominibus commune, quoddam videlicet ejus inclinationem ad malum ex Adami culpa ortum; proindeque non repugnare, dari in nobis commune intellectus vitium, quod in naturali inclinatione ad ferenda falsa judicia consistat, atque adeo communi naturae sensum nos fallere adhuc posse: respondendum est disparem esse rationem. Namque ex ea, quam post Adami peccatum experimur, voluntatis ad malum inclinatione, nulla in Deum imperfectio redundat, cum ejusmodi inclinatio a fine creationis nostrae nos nequaquam abducat, si rationis ductum sequimur liberum, ut possumus ac convenienter debemus; non enim nocet sensus, ubi non adest consensus. E contrario si falsa essent ea nostra judicia, ad quae naturaliter omnes homines ratione utentes inclinantur circa ejusmodi notitias, per quas tanquam per media proxima ad finem creationis nostrae, idest ad manifestandas divinas perfectiones ordinamur, profecto providentia in Deo servaque nos ad finem creationis nostrae perducendi voluntas salva nequaquam esset; ac proinde manifesta in Deum imperfectio redundaret.

Caput 4. [illegible]

De testimonio sensuum externorum.

Quid sensus externi, eo=

Sensus externi, sive organa sensoria, sunt exteriores illae corporis nostri partes, quarum ope mens nostra objecta externa extra se posita

sitæ percipit; videlicet oculi, aures, nares, palatum et similes per universum toti-
tum corpus diffusæ, quæ sensum tactus constituunt. Testimonium monium?

autem sensuum externorum est idea illa sensitiva, seu sensatio illa 40.

quæ occasione impressionum per objecta externa in sensus ipsos facta-
rum in mente nostra excitatur. Jam vero quinque sensibus nostris
totidem sensationum genera respondent, nempe visus, auditus, odoratus,
gustus, et tactus.

Scholion

Lucullus apud Ciceronem in Lucullo cap. 7. sensus nostros summo-
pere commendat, dum ait: „ordiamur a sensibus quorum ita cla-
ra, iudicia, et certa sunt, ut si optio naturæ nostræ detur, ut ab ea
Deus aliquis requirat, contenta ne sit suis integris incorruptisque sensibus,
an postulet melius aliquid; non videam quid quærat amplius„. Sed vi-
deamus, quatenus illis a Philosopho fidendum sit.

Propositio prima. 41.

Testimonium sensuum externorum de multis rebus externis ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ quandoque dubium est.

Pars prima prob. Sensus nobis non annunciant internam objectorum na-
turam, neque in quo apparentes illæ proprietates sive qualitates con-
sistant, percipimus quidem in corporibus evidenter aliquid quoppiam
seu dispositionem quampiam, seu vim occultam placeat, unde in nobis
~~[illegible]~~ coloris, caloris &c., sed quid illud reapse in se sit non percipi-
mus. Deinde ~~sensus~~ non annunciant partes minimas, earumque dispo-
sitiones etiam in exteriori corporum superficie latentes, quin integra quoque
objecta, vel ob molis exiguitatem, vel ob nimiam distantiam acutissimam etiam
nostram aciem fugiunt: patet id ex telescopiis et microscopiis, quorum
auxilio uti debemus. Sensus insuper nos non docent impressionem, et

effe-

affectionem, quam eadem objecta in diversorum hominum sensibus efficiunt; id siquidem ab ipsa organorum conformatione pendet, quae in diversis hominibus, ut eorum facies diversissima est; inde cibus, qui uni sapit, alteri insipidus est; idem liquor huic dulcis, alteri amarus est, idem odor huic gratus alteri ingratusque. Sensus denique nobis non repraesentant absolutas distantias, motus, magnitudines; hinc fieri posset, ut totus hic mundus nobis conspicuus semper locum mutet, perpetuo linea recta, vel alia qua moveatur, quin ulla in animo nostro idearum mutatio habeatur, adeoque nullus ejusmodi mutationis sensus. Ergo testimonium sensuum externorum de relationibus externis nullum quandoque ducitur

Prob.
~~Praeterquam~~. Res frequenter non ita se habent, ut sensibus appareant; ergo testimonium sensuum externorum quandoque invincum est; ac proinde de ejusmodi rebus certitudo aliunde petenda est. Ant. prob.: cui remum aquae immersum ut curvum, turrim admodum remotam ut rotundam exhibent licet illa recta, haec vero quadrata sit. De motu etiam cum judicamus, frequenter decipimur; vulgatum est illud de navi, in qua cum quis vehitur sedens immotus sibi esse videtur terrae vero, et reliqua, quae durant recedere videntur. Auditus itidem frequens est errorum occasio, sic ex. gr. existimamus sonum esse rem quae extra nos sit, quod tamen est falsum. Odoratus et gustatus pariter nos decipiunt, propterea quod occasio sint, cur imprudentes existimemus odorem, et saporem esse in corpore, quod olfacimus, aut gustamus. Tactus denique errorum est etiam communis fons. Namque sine ulla dubitatione judicamus, esse in corporibus externis ea, quae tactu distinguimus. calor et frigus in corporibus esse videntur, reipsa tamen non sunt, ut certa experientia com-

com-

comprobatur. Ex quibus ubique innumeris perspicuum est, sensus nostros plurimam nobis credendi occasionem praebere, proindeque eorum testimonium non raro dubium esse.

Non inde tamen credas nullatenus sensibus externis fidendum esse; Scholion namque si conditiones quaedam serventur; eorum testimonium certum omnino erit, et evidens. Conditiones porro ad hanc praxim requisitae sunt primo, ut sensus vitiis careat, hoc est sani et bene valentes ac in earum contemplatione attenti. 2do eorum testimonium constans, perseverans et uniforme esse debet, ac rationi conforme; quare si quae hodie nobis sensus referunt ab iis quae heri referebant diversa sunt, si quae unus, aut unus refert, mendacii a tactu redarguuntur, si mentis volubilitas nec sinit, et attente quaedam agnoscere, et obscura velata perpendere non sinit, dubia, atque incerta erunt haec testimonia; quae si quando inter se pugnant, alterum altero aliorumque hominum testimonio corrigere debes. Denique objectum sensitivae sensui afficiendo satis proportionatum esse debet, ut impressio quam faciat clara, nitida et distincta sit. His praemissis statuimus 3tio.

Ziel.

Zins

[illegible]

Sequitur caput 4tum.

Testimonium sensuum externorum si evidens sit, constans, ac unifor- Propositio 2da
me, ceterorumque hominum sensationi conforme certum est, ac evidens dem 42.
singularium corporum existentiam, relativasque eorundem proprietates repraesentat.

Prob. 1mo. Testimonium sensuum externorum his conditionibus limitatum ita nobis satisfacit, ut non modo omnem animo diffiden-~~tam~~ dubitationem pellat, sed ea quoque claritate menti assensum pro-ponit, ut ea prorsus conquiescat, nec quidquam aliud, quo amplius confirmetur indagat. Sed istud signum evidentissimum est, testimonium sensuum externorum his conditionibus limitatum certum esse ac evi-dens: ergo etc. Major quotidiana experientia constat, quae inductione con-firmari potest. Quis enim nisi demens negabit certis quibusdam horis diem, aliis vero noctem, quandoque aestatem, alias autumnum, ver, hiemem esse? an non testimonio sensuum convincimur, hoc cor-pus esse liquidum, illud solidum? librum hunc, quem oculis cerno, mani-bus tracto, praesentem esse, me nunc in schola versari, aliaque id ge-nus, quis nisi mente captus in dubium vocaverit? Et quod ad proprietates corporum relativas attinet, similiter prorsus atq. utimur. Quamvis enim nu-do oculo determinare nequeamus montium altitudinem ex. gr. nonne tamen oculorum ope evidenter cognoscimus, carnicas alpes majores es-se colle in quo arx Utini sita est, hunc vero majorem esse parva aliqua domo illi contigua? item si plures ex. gr. simul naves a portu solvant, quamvis absolutas earum celeritates cognoscere nequeamus, quis tamen eas respectivas saltem distinguere posse inficias iverit, cum alias earum ante-ire videamus? Testimonium igitur ~~sensuum~~ externorum praefatis con-

di-

ditionibus limitatum ita nobis satisfacit, ut in illo plane conquiescamus.

Minor majoris syllogismi in unanimi, ac communi naturae sensu, ac in ipsa naturae rationalis notione fundatur. Haec quippe docet, quod si homines multi numero et sani judicii ac probatae fidei sibi quid cognitum testentur, id tanquam certum, et exploratum habendum esse. Patet insuper ex sollicitudine, et cura illa qua animus noster vexatur, dum dubius haeret aut rationibus pro utraque probabilibus ducitur. Si quando igitur in judicio aliquo sese contentus, et securus quiescat, id profecto certissimum indicium est, eum veritatem assecutum esse.

Prob. 2do. Si testimonium sensuum externorum nos falleret, Deus ipse deceptor, et illusor esset; atqui hoc repugnat: ergo et illud. Maj. prob. Deus ipse naturae auctor et sensus nobis concessit, et naturalem illam, ac invincibilem propensionem indidit, qua impellimur ad judicandum existere corpora; ergo si testimonium sensuum nos falleret, Deus ipse deceptor, et illusor esset. Ant. certum est; a quo enim alio insita illa proclivitas originem ducere potuit, nisi a Deo? Conseq. etiam patet; quomodo enim naturalis illa propensio nos decipere potest, quin error ille in Deum auctorem refundatur, siquidem ipse nobis illam indidit? sive nos ita falleret Deus, ut nulla erroris detegendi via superesset. Praeterea quorsum propensionem illam nobis indidit Deus, si nulla extra nos sint corpora, quae conspici possint; quorsum oculos dedit, aliosque sensus, si inutiles prorsus sunt? Nonne summa Dei sapientia laederetur, quae postulat ut Deus nihil frustra hominibus concederet, atque nihil agat, se ipsum indignum. Restat igitur ut testimonium sensuum externorum praefatis limitibus coarctatum certum omnino sit, et evidens.

Corol.

Testimonium igitur sensuum externorum certis adstatum limitibus est judicium sufficiens veritatis externae: cum enim hoc testimonium de compluribus rebus sit certum ac evidens, in quibusdam adjunctis nunquam fallit: ac proinde iis recurrentibus veritatem eorum infallibiliter indicat; quod quidem est esse judicium sufficiens. Veritatis externae dixi; sensus enim externi nobis de objectis intra nos existentibus nihil annunciant. Coroll.

Certitudo, et evidentia sensuum externorum certitudini, et evidentiae sensus communis cedit. Illa enim certitudo duo supponit, quae non aliunde quam a sensu communi nobis innotescere possunt; primo nempe supponit corporeum Mundum revera existere, neque corpora chimaeras esse; 2do dari aliquem naturae ordinem, ejusque certas ac stabiles leges, et secundum illas omnia peragi; quod utrumque non aliunde probari potest, quam ex primo Metaphysico ex sensu communi deprompto. Testimonium porro sensuum externorum physice certum dicitur; cum enim per absolutam Dei potentiam, fieri possit, ut naturae ordo immutetur, inde sequitur, externorum sensuum certitudinem physicam esse, non metaphysicam, qualis est certitudo, et evidentia sensus intimi, et sensus communis qui nos absolute fallere non possunt. Scholion.

Sensus nostri nos frequenter fallunt: ergo testimonium eorum nequit ullo in casu sufficiens esse veritatis indicium. Conseq. prob. Si quispiam homo saepius convincatur mendacii, ei nequaquam, cum sincere loquitur, fidem habemus: ergo similiter &c. Objectio prima 43.

Distinguo ant. Sensus nostri nos frequenter fallunt circa quasdam objectorum sensibilium notas conc.; circa omnes nego ant. et conseq.m Ad conseq. prob. distinguo ant. Si quispiam homo saepius convincatur men- Responsio.

da

Deniq. ei fidem non habemus, si certos non habeamus characteres, quibus dignoscamus eum hic, et nunc verum dicere, con., si certos ejusmodi characteres habeamus nego ant. et conseq.am Allata itaque objectio evincit quidem testimonium sensuum externorum universe habendum non esse pro certo veritatis criterio, cum in quibusdam proprietatibus corporum annunciandis non raro fallat, at non evincit, idem testimonium neque cum ea limitatione, quam in Propositione expressimus, acceptum pro certo veritatis criterio statui posse. Ad hominem mendacis exemplum quod attinet illi quidem difficulter credimus, quia communiter discernere nequimus, quandonam verum quando falso loquatur. Sed si quopiam in casu prudenter judicamus hominem, qui caeteroquin mendax est nolle nobis imponere, tum illi quidem credere possumus. E contra vero notum est nostris quibusdam in casibus sensus illudere solere quibus nunquam illudant. Quamvis igitur in omnibus omnino casibus eos pro certo veritatis criterio habere nequeamus, in quibusdam tamen, quando nempe requisitas superius conditiones adsunt, illis tuto fidere possumus.

Objectio recta
44

Testimonium sensuum ad probandam existentiam, propriique uniuscujusque corporis nihil valet: ergo neque sufficit ad probandam existentiam aliorum corporum extra nos positorum. Conseq.a patet. Prob. antec. quia quamdiu corpus nostrum est in quaestione an existat, ipsi quoque sensus in quaestione sunt, atque adeo omni carent ad probandam corporis, cui insistunt, actualem existentiam; sed etiam in nostro casu in quaestione sunt, cum nondum illorum existentia, utpote corp. physico, idest nostrum testimonio comprobanda, supponatur certa; ergo si testimonium sensuum nihil valet ad probandum &c.

Resp:

Con. aut. nego conseq.^m Ad prob. con. maj. nego min. cum adjunctâ ratione, quae falso innititur supposito, scilicet existentiam proprii uniuscujusque corporis arg.^o Physico, idest sensuum testimonio comprobandam supponit. Proprii siquidem uniuscujusque corporis existentia non physico sed metaphysico arg.^o, non sensuum testimonio; sed communi naturae sensu probatur. Certitudo enim Physica proprii corporis existentiam praesupponit, ut constat ex illis, quae superius dicta fuere. Responsio.

In somno saepe nobis videmur videre, tangereque corpora quae tamen reapse non adsunt. ergo idem vigilantibus etiam evenire debet: nec si res ita se habeat testimonium sensuum externorum ac circa aliquas quidem corporum proprietates, eorumque existentiam certum est, ac infallibile: ergo. Objectio 3.ia 45.

Con. aut. nego conseq.^m Imprimis enim ea, quae somniantibus obversantur, nec tam vivide, nec tam distincte percipiuntur, nec eâdem tam apposite ac certa lege procedunt, atque ea, quae vigilantes cognoscimus. Quare dispar est ratio, neque ex eo quod somnia nobis illudant, inferri potest, sensuum etiam externorum judicio testimonio vigilantium constanter nos falli. Deinde accedit et illud, quod postquam experrecti sumus somniorum inanitatem deprehendimus. E contrario autem objecta, quae per sensus vigilantes percipimus, sensatione vivida, constanti, et uniformi cognoscimus [illegible] Responsio.

Instant tamen, et inquiunt, mentem nostram in somniis non minus acquiescere, quam in vigilia. ergo quemadmodum in somniis, ita in vigilia decipi potest. Antecedens probant multiplici somniantium exemplo, qui falsis visis, et imaginibus non minus moventur quam veris et ex animo [illegible] Instantia.

manifeste colligitur.

Responsio. Nos vero negamus antecedens, ad cujus prob. respondemus, ex somniantibus actionibus nequaquam colligi posse nos easdem quae vigilantes approbatione agere. Novimus enim cum somniamus, nos dubitare, haesitare, revocare nos interdum, et imaginibus imbecillius assentiri: expergefacti deinde illa prorsus contemnimus; dum illa quae vigilantes agimus omni erroris periculo vacare perspicue cognoscimus, constantique conscientia probantes nunquam revocamus.

Objectio 4ta

46. Phreneticorum, ac furiosorum imaginationes, quae res nusquam existentes, tanquam praesentes intuentur, vivacitate vix differunt a sensationibus nostris, et nihilominus fallunt: ergo dubitari potest etiam, an non sensus quoque nostri nos fallant, et utrum sensationes nostrae sint merae imaginationes, cum tanta praesertim sit phantasiae vis.

Responsio. Transmitto ant. nego consequ. Phrenetici enim, et furiosi postquam ad mentem redeunt errores suos damnant, eaque falsa esse deprehendunt, quae prius dubitare ipsius rationis dejectu a veris discernere non poterant. Hoc eadem quod circumstantes homines ratione praediti eorum insaniam clare cernunt, et rident. E contrario autem in iis manent adjuncti, in quibus testimonium sensuum tanquam certum habemus, progressu temporis non modo nos errorem falsum non deprehendimus, sed potius quo magis judicium nostrum expendimus, eo magis de ejus veritate confirmamur. Praeterea alii quoque homines adhibitis vite sensibus suis, quod nobis verum apparuit, tale reipsa esse habere cognoscunt. Quamvis igitur furiosorum imaginationes erroneae sint, non ideo sensuum nostrorum testimonium erroneum esse inferri potest. Transmittimus porro antecedens, quia vix dici potest meram imaginationem adeo vi-

va-

rerum esse sicut est ipsa sensatio. Maximum profecto intercedit discrimen inter sensationem eam, quam ignis in nobis excitat et eam quam de igne mentem habere possumus. Quamquam pueros non sola imaginationis vivacitas, sed usus rationis defectus in errorem inducit.

Ut certe eramus, testimonium sensuum externorum ~~neque~~ nos non fallat. Deum singularium corporum existentiam, variasque eorum affectiones referret, certe nobis constare deberet etiam impulsiones in nobis factas non aliunde quam a corporibus reipsa existentibus originem ducere. sed hoc nobis certo non constat: ergo q. Min. prob. Deus ipse citra corporum existentiam easdem in mente nostra ideas excitare potest, quas nunc a corporibus sensus nostros percellentibus excitari putamus; ut in Eucharistiae sacramento accidit; ergo certum non est impressiones in sensus nostros factas a corporibus reipsa existentibus proficisci. Objectio 57a 47.

Con. maj. nego min. Ad illius prob. distinguo ant. Deus ipse citra corporum existentiam easdem ideas in nobis excitare potest, spectata absoluta Dei omnipotentia, et non servato communi naturae cursu concedo; servato communi naturae cursu, ac naturalium rerum ordine in communi naturae cursu fundato nego ant. et conseq. Fatemur itaque, quod si Deus absoluta omnipotentia contra communem naturae cursum uti vellet, posset in quopiam casu citra praesentiam cujuspiam corporis eas in nobis ideas excitare quas corpus illud alioquin excitare soleret; ita tamen ut hoc, saltem hominibus signo quopiam manifestaret; quemadmodum nostrae fidei arcanandae causa in Eucharistiae sacramento sub speciebus panis, et vini non panem adesse et vinum; sed sanctissimum suum corpus et sanguinem littera manifestavit: aut certe naturalem illam inclinationem nostram tollere deberet, quae ad judicium ferendum de existentia corporum occasione Responsio

idea-

idearum quarumdam in nobis oriantur, expediemus. At naturae auctore ne-ruto, positaque ista nostra propensione, insitoque mortalium omnium animis sensu, qui lux naturae dici potest, quique manifeste docet, nos, et sensus habere, et has in sensus impulsiones, cum corporibus extra nos positis naturalem habere connexionem, fieri nequaquam potest, ut sensationes istae purgatae a Deo proficiscantur.

Scholion. Sed jam expositis illis veritatis indiciis, ex quibus rei cujuscumque existentiam manifeste colligimus, cum diversis pluribus non hominum modo, sed Deus ipse fidem facere possit; consequens est, ut quanti testimonium istud faciendum sit, quodque veritatis indicium praebeat, diligenter expendamus. Atque porro sunt, quae sequentibus capitibus pertractanda suscipimus.

Caput 5.

De Auctoritate Divina.

Quid auctoritas Divina, quibusque modis manifestatur?

48. Auctoritas Divina est testimonium Dei veritatem aliquam manifestantis. Triplici autem ratione Deus testimonium suum dicere consuevit: via nimirum mentis, via phantasiae, et via sensuum. Via mentis, cum suam voluntatem intellectui nostro patefacit illum illustrando, ut in veteri testamento singulis, plerumque loquebatur. Via phantasiae, cum rei alicujus imaginem in cerebro nostro excitat aut somnia immittit, ut saepius factum esse tum ex veteri tum ex novo testamento constat. Via denique sensuum vel clarius voces edendo, ut cum Patriarchis Deus, vel poenas legibus vel signa, et prodigia oculis subjiciendo ut cum Moysi in Horeb et Sinai locutus est; tum cum ignis de caelo descendens, et victimas consumens, tum in aere visiones aliaque ejusmodi visa fuerunt.

Scholion. Cum a natura sic comparati simus, ut ad assensum veritati exigitam

pro-

praestandum non ante moveamur, quam firmiter persuasi simus narrantem neque decipi neque nos decipere velle. hinc in aperto est auctoritatem, quamcumque per scientiam, et veritatem testantis constitui. Quare quo quis de scientia, et veracitate testantis certior erit, eo major etiam comparata ad illum erit illius auctoritas. Ut autem sciamus quamnam certitudinem Dei auctoritas pariat, statuimus.

Auctoritas divina metaphysicam certitudinem parit. Propositio 1ma 49.

Prob. 1mo. Auctoritas Dei metaphysicam certitudinem parit, si Deus nullo in casu nos fallere potest: atqui res ita se habet: ergo &. Minor prob. Nullo in casu fieri potest, ut Deus vel rei alicujus scientia, vel veri dicendi voluntate destituatur: ergo nullo in casu nos fallere potest. Ant. prob. In Deo nulla imperfectio datur; sed rei alicujus scientia, vel veri dicendi voluntate aliquando destitui est imperfectio: ergo nullo in casu falli potest. Maj. certissima supponitur ex Theologia naturali, et ipsa Dei ratione. Et sane ut habet Tullius: falli, errare, nescire, decipi, et malum, et turpe ducimus. Minoris propositionis quoad primam partem per se patet, et ex citato modo Tullii verbis. Quoad alteram vero partem inde magis confirmatur, quod si Deus aliquando veri dicendi voluntate destitui, fallereque aliquem posset, nullum amplius ibi medium supputares, ubi creaturarum omnium praestantissimam naturam, quae fieri cogitatione possit. semper enim metuendum esset, ne eum fallere possit nos etiam in ea revera indicet. quomodo, enim ut habet S. Augustinus credendum est ei, qui putat quandoque esse mentiendum? Nam et tunc forte mentitur, cum praecipit, ut ei credamus

Prob. 2do. Deus nemini fallere nequit ergo nec falsum dicere, atque

ideo

ideo illius veracitatis metaphysicam certitudinem perit. Conseqᵗ prob. Ideo Deus malum facere nequit quia id cum stabili, ac immutabili illius natura pugnat, sed etiam falsum dicere cum illius natura pugnat. ergo si nequit malum facere, nec falsum dicere potest. Prob. min. si Deus falsum diceret, voluntas Dei ab illius intellectu dissentiret. atqui hoc cum stabili ac immutabili illius natura pugnat. ergo &c. Atque hinc est, quod numquam scriptura dicit. non est ut homo ut mentiatur, statim subdit; nec ut filius hominis ut mutetur. Accedit, quod nulla excogitari causa possit, cur Deus hominibus mentiatur. Homines hominibus mentiuntur vel quia eos timent, vel quia aliquid ab illis sperant, vel quia odio in eosdem sunt animati, quae quidem omnia a Deo procul longissime absunt. Cum enim Deus sibi perfecte sufficiat nihilque commodum optandum, nullum incommodum metuendum habet. Sed neque odio in nos est animatus; inquit enim scriptura: Diligis omnia quae sunt, et nihil odisti eorum quae fecisti. Nihil igitur est, cur Deus homines fallat.

Objectio 50. Deus summum habet in creaturas omnes dominium, ergo pro arbitratu suo eas fallere potest. Conseqᵗ prob. Quia Deus summum habet in creaturas omnes dominium, quidquid sibi placuerit de illis statuere potest: ergo vi summi dominii eas etiam in errorem inducere potest.

Responsio. Con. ant.; nego conseqᵗ; ad illius prob. distinguo ant. quidquid placuerit de illis statuere potest eo modo id non opponatur divinis perfectionibus con.; secus nego ant. et conseqᵗ. Licet igitur summum Deus in creaturas omnes dominium obtineat, non ideo tamen ea facere potest, quae suis divinis perfectionibus opponuntur. At vero si creaturas in errorem induceret, ejusmodi error veracitati, ac immutabilitati divinae adver-

pari;

versatur. Cum enim in Deo ente simplicissimo, ac perfectissimo nulla alte-
rationum pugna admitti possit, hinc Dei voluntas ab illius intellectu dissenti-
ret quidem tamen immutabiliter, ac perpetuo connecteretur cum [illegible], di-
ceret ingenium; illam enim veritatem, quam intellectus divinus perfectissi-
me comprehendit, eandem inficiaretur voluntas.

Si hominum fallere opponeretur divinis perfectionibus, veritati potis- Instantia
simum opponeretur: sed veritas in Deo nulla est perfectio: ergo &c. Min. prob.
Creatio in Deo nulla est perfectio: ergo neque veritas. Conseq^a prob. Deo
creatio nulla est perfectio, quia est externa solum denominatio: sed
etiam veracitas mera est externa denominatio: ergo si creatio non est
perfectio, neque veracitas erit.

Con. maj., nego min. Ad illius prob. distinguo ant. Creatio accepta pro pu- Responsio.
ro termino externo seu pro ipsa re creata non est perfectio divina conc.
accepta pro decreto Dei, externo creationis termino respondente, sive pro ipsa
creationis actione nego ant. et conseq^m Ad prob. sub data restrictione con. maj.
nego min. Veracitas in Deo non est mera denominatio externa, sed est
interna perfectio, ut ex propositionis rationibus manifeste colligitur. Difficulta-
tes aliae, quae ex Scripturis sacris opponi solent ad Theologos magis quam ad
Philosophos pertinent.

Evidens igitur est auctoritatem Dei loquentis esse motivum veritatis omni- Coroll.
no certum absolutum, in iis videlicet rebus credendum, quae per reve-
lationem divinam nobis innotuerunt, atque assensum ob eandem praestitum
metaphysica quoque certitudine pollere. Hinc merito praecipit Apostolus, ut
in iis, quae sunt fidei, captivemus intellectum nostrum in obsequium fidei
quamvis nesciat mens nostra quae divina auctoritate revelantur com-

pre-

prehendere non valeat, firmissime tamen credenda sunt. Plura enim a Deo fieri possunt, ut habet Augustinus, quae nos menti complecti non possumus. Demus Deum aliquid posse quod nos fateamur investigare non posse. Accedit quod si evidentia quaerenda esset in iis, quae credimus, omnique interveniret ratio postulanda, jam non crederemus, sed videremus: quae enim apparent, inquit S. Gregorius Papa, fidem non habent sed agnitionem. Nonne denique plura, quae in natura contingunt admittimus, licet ea non comprehendamus. Nonne viri gravis auctoritati facile credimus, quamvis eorum quae narrat rationem non reddat? Cur ergo igitur temeritatis erit Deo fidem denegare, quod eorum, quae credenda proponit, rationem non perspicimus?

Scholion

Sed jam alia nobis sese offert quaestio, quam contra Philosophos illos instituere debemus, qui naturalem rationem, et divinam revelationem ita inter se pugnare docuerunt, ut nos utrasque veritates invicem oppositas habeant. Hos inter celeberrimi fuerunt Pomponatius, Vaninus, Cremoninus, Zabarella, aliique Peripatetici Philosophi, et Aristoteli plus aequo addicti; quorum error in concilio Lateranensi V. sub Leone 10 anno 1513. merito damnatus est cum docerent animam humanam secundum fidem esse immortalem, secundum Philosophiam, et humanam rationem mortalem. Ejusmodi impias Lutherus etiam aliquando commovit. Talis quidem est thesis tertia Disputationis Theologicae habitae Wittembergae anno 1517. cui Lutherus ipse praefuit, quae sic concepta est: In Theologia verum est hoc: Verbum esse carnem factum in Philosophia simpliciter impossibile, et absurdum est. His similes aliae quoque sunt multae in eadem disputatione propositae. Nos itaque ad hujusmodi impietatem, infirmandam Philosophiam

ra;

revincendam debemus.

Recta naturalis ratio divinæ revelationi adversari non potest. Propositio 2da.

Prob. 1mo. si recta naturalis ratio divinæ revelationi adversari ~~unquam~~ po- 51
test, tunc per naturalem rationem demonstrari posset falsum quod ex divina revelatione constat esse verum, et e converso: hoc autem nulla ratione fie-ri potest: ergo &c. Min. prob. si per rectam rationem falsum demonstrare-tur quod ex divina revelatione constat esse verum, tunc de uno eodemque o-biecto enunciari possent duo contradictoria, de eodem scilicet obiecto, et non posset esse, et non esse contra afferentem illud: non potest idem simul esse, et non esse: hoc absurdum est: ergo per rectam rationem demonstrari non po-test falsum, quod ex Dei revelatione constat esse verum.

Prob. 2do. Deus pugnantia loqui non potest; atqui pugnantia loqueretur si quod ex divina revelatione verum esse constat, per naturalem rationem falsum ostenderetur: ergo &c. Min. prob. Ratio est sermo quidam Dei naturalis; revelatio item divina est sermo Dei supernaturalis; cum recta ratio quidpi-am nos docet, Deus est qui intrinsecus ac ingenita mentibus sententia nobis loqui-tur cum autem divina revelatione nobis aliquid innotescit rursus Deus est qui per Ecclesiam, ac supernaturalem quemdam modum nos ad assensum du-cit; ergo si recta ratio Dei revelationi adversaretur, Deus ipse pugnantia loqui posset, quod maxime absurdum est. Hinc egregie de hoc S. Augustinus li-bro 26. contra Faustum cap. 3tio. Non est contrarius veritati et in eo est sum-ma et incommutabilis veritas, quo illustratur, ut sit quidquid ingenio suo-que conditum et mobilitate variat... Nec quisquam, ut habet alibi, praeter illud a quo est dictum veri, ubicumque, et undecumque claruerit.

Solvit una eademque dispositio philosophiam veram, Theologiamque veram esse una- Objectio 1ma.
ve-

§12. verum secundum naturalem rationem, falsum secundum Divinam revelationem, quin inde ulla contradictio sequatur: ergo recta ratio Divinae revelationi absque ulla contradictione adversari potest. Ant. prob. Ut vera sit contradictio, requiritur affirmatio, et negatio ejusdem praedicati de eodem subjecto secundum eundem respectum: atqui manet una eademque propositio Philosophica vera, Theologica falsa, sit vera secundum rationem, falsa secundum revelationem non habetur tamen affirmatio, et negatio ejusdem praedicati de eodem subjecto secundum eundem respectum; cum namque licet [illegible] ejusdem praedicati de eodem subjecto non tamen ratione eundem respectum, sed ratione diversos, scilicet ratione naturalem rationem, et Divinam revelationem. ergo potest una eademque propositio &c.

Responsio — Nego ant. ad illius prob. nego min. cum adjecta ratione ~~[illegible]~~ Et respondeo, quod cum veritas omnis simplex in se sit, et individua, quod Philosophicae verum est, Theologicae falsum esse non potest, et e contrario quod ratione Divinam revelationem verum est etiam ratione naturalem rationem verum sit oportet. Ad dictam prob. quod attinet, min. cum ratione adjecta negavi; neque enim si quid ratione rationem naturalem verum esset, falsum autem ratione revelationem divinam, de eodem subjecto affirmari posset et negari existentibus ratione omnes illos respectus qui existentiam afferunt et [illegible] possunt. Ex. gr. haec propositio: anima humana est immortalis, quae ratione fidem verissima est, si falsa ratione rationem, nonne eo in casu anima humana esset neque, et non esset immortalis, juxta omnes illos respectus et conditiones quae existentiam afferre, et negare possunt? Neque enim Divina revelatio, et naturalis ratio contradictionem istam impedire valent, cum nihil omnino conferant ad hoc ut anima humana sit ipsa

im-

immutabili a parte rei, vel non sit, sed eam praesupponant. Et sane quidquid a parte rei est undequaque determinatum est, nec a nostris conceptibus ulla ratione pendet.

Unus itaque intellectus de uno eodemque objecto certus, et incertus esse potest, potest enim diversa motiva, et principia: ergo pariter una eademque res vera, et falsa ratione diversos respectus. Ant. in eorum sententia qui docent in eodem intellectu de eodem objecto haberi posse opinionem, et scientiam, certum est. Conseq.a vero confirmatur ex eo quod non minus certum, et incertum, quam verum, et falsum contradictorie sibi opponuntur; ergo [illegible] — Instantia

sed si res ita se habet, nulla de praeteritis factis veritas nobis certo con-
stare potest: ergo q [illegible]

Responsio. Nego min. Hominum opiniones de historicis factis possunt quidem e-
narrando magis propagari aut in pluribus mentibus radices agere; at vero
eorum propagatio eorum vim non facit. Tota ~~[illegible]~~ enim vis in aucto-
ritate cui innituntur, sita est; haec vero auctoritas neque crescit, neque
minuitur, neque perit; magis minusve nota fieri potest, et magis minusve re-
cte fieri, aut augeri nequit. Sed nonne manifeste contradictionis reos sese
ostendunt recentiores Philosophi, dum haec nobis opponunt? Certe in eorum
principiis unum est: hominum testimonia enarrando vires amittere; et
aliud est: hominum testimonia enarrando vires augere; quae omnino ex
contradictoria sunt. Factum historicum, quod ne probabile quidem mille an-
te annos homini prudenti visum fuisset, per hos quidem dies pru-
denti probatum videbitur [illegible] ac inconcussis, et male cauti
inter vera recensentur, sed hoc contra historicam certitudinem pror-
sus factum, quod primitus unico tantum testimonio fulcitum, [illegible]
per huius tantum testimonii auctoritatem obtinet, neque multiplex fit

prop.

propheticæ quod subsequentibus ætatibus, a plurimis esse, aut colonorum
tabere [illegible]

Plurima facta ingenuis Nobilium Historicorum scriptis consignata, publicis monumentis confirmata, et maxime consensu recepta, quæ tamen omnes inter fabulas ab eruditis merito recensentur. Sic Romani ex geminis Remum et Romulum in lupæ lactatos fuisse crediderunt; cotem ab Accio Navio novacula sectam fuisse; quæ et alia ejusmodi facta Titus Livius et Tacitus scriptis suis mandaverunt. Ergo nulla via factorum præteritorum veritas constare potest. Objectio 12ma 70

Distinguo ant. Facta plurima traduntur, et omnes requisitas habent conditiones, con. et adsunt illæ conditiones, nego ant. et conseq. Sic ostendo. Responsio.

Ad veritatem itaque factorum præteritorum vindicandam probe attendendum est utrum conditiones adsint, quæ ad certitudinem requiruntur, utrum scilicet relationes historicæ, monumenta certam habeant originem, et utrum ab ipso tempore, quo facta contigerunt, ad nostram usque ætatem testimoniorum series non interrupta permanserit. Jam vero quinam testes audent proferre, qui lupam et Romulum lactantem, qui cotem ab Accio Navio sectam viderint? Quinimo Titus Livius admonet, nonnulla ex prodigiis narrata relationum quorum veritas non aliunde, quam ex fama, et communi credulitate constat; in talibus igitur exemplis requisitæ conditiones non adsunt. Et profecto adversarii ipsi fatentur ejusmodi factorum falsitatem deprehensam fuisse, quæ quidem nunquam detecta fuisset, nisi certissimæ quædam regulæ exstitissent, quarum ope vera a falsis testimoniis secerni possunt.

Opponunt denique cum Patre Harduino, eruditione, ut paradoxis famoso, constare universum genus humanum, per longam ætatum seriem, densissimis ignorantiæ tenebris involutum, ita ut paucis tantum solitariis homi- Objectio 13a 77.

hominibus tum sacrae, tum profanae litteraturae depositum creditum fuerat. Sed eo temporis intervallo contingere potuit, ut impostores quidem nullis libris nominibus omnes fere libros in lucem ederent, quo modo veluti totidem antiquitatis monumenta venderemus: ergo rejicienda fere omnia, quae ex tantis bibliothecis habentur incerta, videtur.

Respondeo — Nego min. Quomodo enim fieri potuit, ut in ignorantiae saeculis altissima humani ingenii opera prodirent, quibus palmam concedere debeant vel optimae aetatem sequentium lucubrationes? Quis sibi persuadeat, hanc fraudem tantam tam callide compaginatam fuisse ut oculatissimi etiam sequentium temporum doctores ne levissimam quidem suspicionem haberent? Deinde in iis etiam ignorantiae saeculis plurimi per varias regiones dispersi erant, qui et artibus operam dabant, quo igitur pacto omnes pariter, nullo reclamante, ad posteritatem decipiendam conspirare potuerunt?

2da.
Stus.

Sequitur Caput 6.

Ex hominum testimoniis factorum etiam supernaturalium verita- Propositio 78.
tes nobis certo constare potest.

Prob. Ex hominum testimoniis factorum etiam supernaturalium veritas nobis constare potest, si certi simus, testes, qui ejusmodi facta narrant, nec ipsos deceptos esse, nec alios decipere voluisse; atqui utrumque nobis constare potest: ergo etc. Min. prob. Certi esse possumus testes nec decipi, nec decipere, dum facta naturalia narrant: ergo similiter etc. Consequentia prob. Factum supernaturale non minus est sensibus obvium, quam factum naturale, neque difficilius est v.g. eumdem hominem redivivum, postquam a mortuis suscitatus est, quam difficile fuit eundem conspicere antequam mortuus esset; compertum deinde esse potest testes non fuisse deceptores, si neque genuinae probitatis et sinceritatis characteres praetulerint, si magno sint numero, nulla utilitate propria, imo contra propriam commodum factum testantur. ergo quin modo de factis supernaturalibus certi esse possumus etc.

Magis certi sumus, facta supernaturalia non existere quam existere: Objectio. 79.
ergo supernaturalia facta fidem non merentur. Ant. prob. Certi sumus physice supernaturalia facta non existere, cum ~~natu~~ naturae leg. eis repugnant. moraliter tantum valeat ex hominum testimoniis certi sumus existere. atqui certitudo physica major est certitudine morali. ergo etc.

Resp. ant. et Min. prob. Distinguo primam majoris partem. Certi sumus Responsio.
physice supernaturalia facta non existere ex [illegible] argumentis contrarium probantibus, con. maj. positis argumentis contrarium probantibus nego maj. et respondeo nos aeque certos esse supernaturalia facta sicuti naturalia extitisse, si a pluribus testibus fide dignis [illegible] asseruntur. Exemplo sit [illegible] [illegible] cujus hominis resurrectio. Nota fit mors, apparentes [illegible],

Jam

primores civitatis, et magna populi multitudo funeream pompam comi-
tantur, interea in medium prodit aliquis, qui se divinitus missum declarat,
jubet stare homines cadaver deferentes, mortuum in feretro jacentem ad
vitam revocat. stupenda hujus rei fama, per omnium ora volat. nonne
ne sicuti mors extitit et resurrectio, quae factum supernaturale est?
At certi nunc physice facta supernaturalia non existere. ita quidem [illegible]
solummodo, cum absque praefactorum supernaturalium existentia [illegible] [illegible]
[illegible] juxta naturae leges. Quod si [illegible] [illegible], quae facta supernatura-
lia admittant, tunc ipsorum [illegible] comparata est, nullaque ad [illegible] illam
certitudo physica militat. Namque de [illegible] [illegible] [illegible] non constat
nisi in hypothesi quod contra naturae leges eveniret, quod si ex hominum
testimoniis fide dignissimis comprobatum est, naturae legibus derogatum fuisse,
jam omnis de miraculo [illegible] certitudo physica evanescet. Responderi
potest: Ad, negando certitudinem physicam majorem esse certitudine mora-
li. Physica certitudo in solitis naturae legibus fundatur, moralis vero con-
natis hominum moribus, et legibus quibus mentes humanae reguntur, [illegible]
[illegible] [illegible] repugnat, nam ordinis physici leges solam [illegible] [illegible]
non esse, quam repugnat juxta leges ordinis moralis innumeros homines ad
me fallendum conspirare.

Instantia. Ut factum historicum apud omnes mentes fidem inveniat, requirit incre-
dulus recens, constantibus attestationibus omnium temporum, et omnium
locorum consentire debet; certum est enim naturam firmas et immutabiles
leges habere, atqui facta supernaturalia non consentiunt; ergo.

Respondeo Nego maj. cum enim factum historicum [illegible] minime et [illegible] a testibus
nullo modo rejiciendis, non suspectis, sit [illegible] narratur, et [illegible] [illegible] apud
omnes mentis homines fidem non obtinet? [illegible] [illegible], nego et minorem [illegible];
prius

sive quia constantibus temporum, et locorum omnium observationibus non consentit. Futilis sane, et Philosopho indigna ratio. Ubi enim constat factum omne novum et insolens, eventum omnem naturae cursui, et communibus legibus non conformem in se repugnare et nunquam accidere posse? Imo reperies quoddam superesse, ubique naturae ingenium cernit, quod liberum, [illegible] firmas has leges, quibus natura obtemperat condiderit; et quamvis effectum pro voluntate suspendere possit? Et in admissa hypothesi, quod nullum quomodocumque [illegible] aut [illegible], demonstratum ne est rationem, quae hunc aut tam efficaces leges habere aut suspendere non posse aut immutare? Sed insolentia, et mirabilitas facti non modo illius certitudini non officit, sed illam potius confirmat. In his enim factis [illegible] animi motus est diffidentia, et dubitatio, atque utraque est accuratius, et acrius [illegible], et [illegible] omnium discussionis [illegible] evidentia cogente, [illegible], ut factum indubitanter [illegible], et [illegible] aut assertum non credendi proposi-tum a factum plena perfectaque certitudine non gaudeat.

At, facta supernaturalia [illegible] narrantibus credere debent, testes, qui illa narrant, nec decepti, nec decipere velle; sed hoc non constat quin verosimilius est decipi, et decipere [illegible]. Atqui prob. [illegible] possibile est totalem civitatem decipi, aut decipere velle, quam mortuum suscitatum esse, quoniam nunquam visum ad vitam revocatum fuisse: ergo verosimilius est q. Objectio [illegible] 80

Nego min. [illegible] non magis possibile esse totam civitatem [illegible] circa factum sensibus obvium decipi, quam mortuum [illegible] ad vitam revocari. Physice [illegible] idest naturae legibus [illegible] repugnat; at [illegible] pariter naturae legibus adversatur [illegible] frequentissimum [illegible], quae naturae [illegible] hominem [illegible] quam non contradicat? Unde [illegible] patet Responsio

quam

quibus naturae legibus circa rerum relationem a Deo institutis derogabit. Neque vero magis possibile est, totam civitatem nos decipere velle, quam mortuum reviviscere. Namque civitatem universam in mendacium aliquod conspirare moralibus legibus, quibus mundus regitur, omnino repugnat.

Caput 4.

De universali tum evidentiae, tum probabilitatis criterio.

Quod universale veritatis criterium?

81. De peculiaribus veritatis indiciis hactenus egimus; restat modo, ut universale quoddam criterium inquiramus, cujus ope de veritate securo certi simus. Universale porro quomodo veritatis criterium est id, quod universim et infallibiliter nos certos reddit de veritate nostri judicii; sive id quo universim verum a falso discernitur. Hoc autem quod stabilimus

Propositio prima.

82. Universale veritatis criterium, hoc est regula discernendae universim cognitionis verae a falsa, est evidentia.

Prob. Universale veritatis criterium est id, quod nos universim certos reddit de veritate nostri judicii; sed id quod nos universim certos reddit de veritate nostri judicii est evidentia: ergo universale veritatis criterium est evidentia. Min. prob. Judicia nostra universim versantur vel circa res mere internas, vel circa res externas pure intelligibiles, vel circa res sensibiles, aut denique circa res historicas: sed id quod nos certos reddit de veritate nostri judicii in rebus pure internis est evidentia sensus intimi, in rebus externis pure intelligibilibus evidentia sensus naturae communis, in rebus sensibilibus evidentia sensuum externorum, in rebus denique historicis evidentia auctoritatis, ut constat ex propositionibus supra adductis demonstratis: ergo id quod universim nos certos reddit de veritate nostri judicii est evidentia.

Scho:

Si quaeras quidnam certos reddat de veritate nostri judicii in mysteriis nobis a Deo revelatis, quae in se obscurissima sunt, respondeo in his etiam locum habere evidentiam, non quidem ipsis mysteriis internam, sed externam, quatenus videlicet nobis evidenter constat ea divinitus revelata fuisse, atque ita revera se habere, sicuti frequens docet exemplum multorum; patet, cujus ad meliorem discursum omnem ideam animo conformare possimus. Scholion

Confirmatur. Evidentia est veritatis regula infallibilis, notissima, et ultima. Ergo pro universali veritatis criterio haberi debet. Prob. Et primo quidem regulam infallibilem esse, ut supra demonstravimus; est deinde notissima: quid enim evidentia magis notum esse potest, cum ipsa sit lumen quoddam menti nostrae immediate affulgens? Est denique regula ultima, si quis enim interrogetur de alicujus judicii veritate, summa statim ad evidentiam confugit, neque ulteriorem rationem reddere potest, postquam aut judicium per se evidens aut ex evidentibus principiis illatum responderit: ergo etc.

Objectiones quae contra propositionem hanc afferri possent, jam alibi solvimus, ubi distinximus propositiones quasdam valde certas et evidentes esse, 83 de quibus serio nemo dubitare possit. Illud tamen hic adjungimus, dari nimirum propositiones quasdam certas quae tamen non sint evidentes: ergo evidentia non est universale veritatis criterium. Ant. patet: quod propositiones, quas Deo revelante cognoscimus, certissimae sunt et tamen multae evidentes non sunt. Sic certo cognoscimus v.g. Caesarem interfectum fuisse, Romam existere etc., et nihilominus evidens nobis non est, praedicatum interfectum Caesari, praedicatum existere Romae convenire: ergo etc. Objectio.

Nos vero subjungimus affirmantes, dari quidem propositiones certas quin sint evidentes internae, non vero quin evidentes externe sint certae. Duplici enim modo propositio aliqua evidens esse potest, primo videlicet interna Responsio.

na, quando habitudinem prædicati cum subjecto clare percipimus; externa deinde, quando evidenter nobis constat, propositionem illam ab aliqua patefactam fuisse, cujus auctoritas in dubium vocari non potest. Hinc vides, fieri posse mirum, ut propositiones quædam certæ sint, quæ tamen sint evidentes evidentia interna, non tamen quæ sint evidentes evidentia externa. Ejusmodi sunt propositiones, quas Deo revelante cognoscimus, aliquæ quas ex hominum auctoritate acquirimus, quæ licet non sint internæ, externe tamen sunt evidentes.

Quid probabilitatis criterium? 84

Cum opinio probabilis illa dicatur quæ, etsi non certis et sufficientibus indiciis, gravibus tamen et prudenti dignis assensione nititur, palam est probabilitatis criterium aliud non esse, quam universalem ac inconcussam quandam regulam, cujus ope harum rationum gravitas et pondus æstimetur, ac stabiliatur.

Variæ de probabilitate sententiæ. 85.

Non una, sane est circa probabilitatem Philosophorum sententia. Varius Gassendus a comparatione claritatis, et evidentiæ cum obscuritate generalem probabilitatis regulam petit, atque universim illud probabile vocat, quod plus evidentiæ, quam obscuritatis. Sed qua ratione discernemus, utrum plus claritatis, vel obscuritatis in propositione habeatur? s'Gravesandius aliique probabilitatem ex certitudinis comparatione æstimari volunt, ut constituta semel certitudine, ea censeantur probabilia, quæ gradibus quibusdam ab ea distant. Sed cum in rebus, in quibus probabilitatem supponimus, certitudo ignoretur, quomodo dignoscemus, quantum propositio a certitudine distet? Recentiores non pauci illud probabile appellant, cujus indicium licet interdum fallat, sæpius tamen non fallit. Verum regula ista probabilitati definiendæ non sufficit; quot enim quæstiones occurrere possunt, in quibus determinari, ac explorari non potest, utrum motivum, ac indicium sæpius

nos fefellerit, proindeque an probabile dici possit. Quid nos sentiamus paulo post exponemus, modo probabilitatis divisionem prosequimur.

In eo auctores omnes conveniunt duplicem dari probabilitatis speciem. Quaedam explan pro- aliud namque intrinsecus, aliud extrinsecus est probabile. Illud quoque fere [illegible] re admittunt omnes, probabile intrinsecus esse illud, cujus indicium, seu argumentum 80.
internum est ejus naturae, ut prudentem, ac sapientem virum ad assensum inclinare possit; probabile vero extrinsecus esse, cujus indicium seu argumentum externum est auctoritas prudentis, ac sapientis viri, qui de re aliqua hoc vel illo modo sentit, cogitat, et censet. His praemissis statuimus

Universale probabilitatis tam internae, quam externae criterium est prudentis ac sapientis viri judicium Propositio [illegible] 87.

Prob. Criterium hoc, seu regula a nobis statuta est clara, rationi consentanea atque universim in omni casu adhiberi potest: ergo recte pro universali probabilitatis criterio habetur. Ant. prob. Imprimis quidem clarum est, quid enim clarius esse potest, quam censere illam propositionem esse intrinsecus probabilem, cujus ratio, seu rationes, et argumenta ejus valoris sunt ut virum prudentem, ac sapientem movere valeant; illam vero propositionem extrinsecus esse probabilem, cujus indicium est ipsa viri prudentis ac sapientis auctoritas qui diversis omnibus, quae ad veritatis consecutionem conferre possunt, de propositionis alicujus veritate recte judicat. Regula nostra est etiam rationi consentanea; quid enim magis rationi conforme quam viri sapientis ac prudentis judicio sese accomodare? cum prudentibus ac sapientibus inquit Ecclesiasticus cap. 9. v. 21 et cap. 6. v. 35. in multitudine presbyterorum prudentium sta, et sapientiae illorum conjungere ex corde. Necessario denique regula ista in omni casu adhiberi potest: si quis enim sibi perspicuum sit de iis conditionibus, quae legitimam probabilitatis judicii constituunt, tuto acceptare ea illa quae de propositionis probabilitate sentiunt

hanc

non pronunciabit si nimis. consulere poterit virum prudentem, ac sapientem, qui nonnisi rectissime decidit. Regula igitur nostra certa, vera, rationi consentanea, atque universim in usum deduci potest.

Obiectio prima 88. Debet posse agnosci probabilitas interna praecise a probabilitate externa. sed stante nostra regula id fieri nequit: ergo &c. Min. prob. Regula nostra probabilitatem unam cum altera confundit; ad internam enim probabilitatem aestimandam ad sapientis, ac prudentis viri judicium recurrit, a quo pariter probabilitas externa est repetenda. ergo &c.

Responsio. Nego min. ad illius prob. respondeo regulam nostram minime probabilitatem externam cum interna confundere. Ut hoc clarius demonstretur, supponi debet principium, vel ratio immediata, cui innititur opinio de cujus probabilitate controvertitur. Si principium hoc immediatum sit intrinsecum, ratio interna cujus gravitas inde est vis, quam habet ad virum sapientem permovendum, recipit probabilitatem internam, praecise a probabilitate externa; si principium immediatum sit tantum auctoritas viri sapientis, habebis probabilitatem externam praecise ab interna. Quod si denique principium immediatum sit tam auctoritas quam ratio reperiatur in opinione, utramque probabilitatem habebis.

Obiectio 2da 89. Allata regula ad probabilitatem explicandam, et comprehendendam applicari non potest, quin circulus committatur: ergo vitiosa est. Ant. prob. Fundamentum, et ratio gravis dicitur illa, quae idonea est ad movendum virum sapientem, et prudentem; vir autem sapiens et prudens dicitur, qui nonnisi gravibus rationibus, et fundamentis permovetur: sed hic manifestus est circulus: ergo haec regula [illegible]

Responsio. Nego ant. ad illius prob. concessa majori, partem, nego alteram, et respondeo

no:

nostram regulam docere quidem valemus gravitatem unde repetendam esse, ex quod talis ratio sit movendum virum prudentem, ac sapientem idoneavit at vero ista sapientia, et prudentia non aliunde constare supponitur. sapiens nominari est, qui ad intelligendum, et judicandum optime est comparatus, quae quidem comparatio a mentis perspicacitate, eruditione, consuetudine nonnisi post maturum examen judicandi, aliisque capitibus dignosci debet.

Affirmandum probabilitatis regulam repetendam esse ab iis quae licet aliquando fallat, saepius tamen non fallit. ergo q. Ant. prob. Constat regulam hanc ex definitione ipsa, quam veteres tradiderunt, imo et Sanctos Patres, quorum plurimi recentiores imitantur, quos superius adduximus; et sane Aristoteles lib. 1. Rhetoricorum cap. 12 ait: probabile autem est, quod saepius fieri solet, et inter alios vero divus Thomas, refert inquit, probabilis certitudo quae in pluribus verum attingit, ergo q. — Conclusio sta 90

Respondent iidem post responsiones veterum impossibile superiorisque statui, non enim omnem probabilitatem usurpare eadem ut ille statuere dicam, ex quo prius redarguit ac sapientum ratione probabilitatem esse exprimendam, ut eum ait in Topicorum cap. 1, "probabilia autem sunt, quae videntur omnibus aut pluribus, aut sapientibus, et his vel omnibus, vel plurimis, vel maxime illustribus et claris." Ficker vero Angelicus loco citato non solo proponit terminum quendam probabilitatis determinare sed propria docuit in judicio plurium hominum testimonio, pariter esse perpendendum. Et sane in quaestione, an liceat loqui cum homine a communione segregato ad quoniam sapientumque plurium rationem provocat nihil obstantibus gravissimis quibusdam rationibus, quas sibi obiicit. Deinde tandem auctores non proposuerint regulam aliquam universalem probabilitatis asserendae, ita ut alio ex capite nolint posse definire probabilitatem quam ex expositione illorum quod res ita sapientes habeant. Dicendum igitur est eos in sensu positivo, potius — Responsio

quam

quam certissimo contestetur, ita ut probabile remaneat etiam illud, cujus jam signa saepius non fallunt. [illegible]

Hic recentiores etiam [illegible], necessario dicunt, quod licet aliquando fallat signum tamen non fallit s. ita illis placet, et quidem sentiant recentiores; ea[illegible] tamen regulam universam in unum deduci non posse videtur, patet quod plurimae moveri possunt quaestiones, in quibus nulla ratione constare potest, an proportionem istam signum saepius fallat quam non fallat. Fingamus ergo agitari quaestionem utrum hominis anima in toto corpore vel in aliqua tantum certa parte resideat. Postquam [illegible] inveni, pro alterutra parte affirmando, quo modo pro dirimenda probabilitate statuta regula utar? quomodo ignorem, an tum [illegible] saepius non fefellerint, quam fefellerint? cum hoc nullo modo inveniri potest, cum veritas, videlicet cujus [illegible] quaero, adhuc ignota sit. Quod si cognoscerem, indicium vel semel pura cum veritate conjunctum jam non probabilitatem, sed certitudinem consecutus essem. Vides igitur [illegible] regulam, pro universali probationis certitudine [illegible] non posse.

Leges de probabilitatis non?
91
Quoniam certitudinem et evidentiam raro admodum assequimur, atque ut plurimum circa probabilia versamur, [illegible] quasdam proponere oportet, quarum ope [illegible] nos utiliter exerceamus. [illegible] quae prima est, in rebus [illegible], ad modum tenere esse, [illegible] nos probabiliter maxime appareat. Idem est in rebus practicis cum agendi vel non agendi necessitas incumbit, probabiliora cognoscere esse contentum ut verius [illegible] minus manet, nunquam [illegible] agant, quod prudentissimum erat. [illegible] in exemplis, quae probabilitatis [illegible] aequalis vel probabilitatem certam tamen attribuit. Quarta denique cum de sententiis probabilioribus [illegible] sit variis mentis [illegible], et [illegible] modum [illegible], quo [illegible] admittimus, [illegible] attentionem adhibeat, patet [illegible] ran-

tuendum et sequendum esse, ne nobis ipsi plusquam oportet noceamus.

Cum in quotidiana vita humana, rebus frequenter adigamur ut de probabili- Quae contingen-
ta etiam eventuum futurorum judicemus atque ad hoc non nunquam magnum tium signa
rerum momentum, aut contra damnum ostendum pendeat; cum vero et 92
ad errores pericula immensa omnes [illegible] [illegible] a [illegible] praecipitentur, dein-
de oportet, ut dispiciantur accurateque examinentur adjuncta omnia, quae ef-
fectus alicujus existentiam praecedere soleant. 1o quod in quibusdam circum-
stantiis nunquam accidit, eventurum est aeque moraliter impossibile, quod
vero semper contingit, aeque moraliter certum censeri debet. 2o quod in qui-
busdam circumstantiis aliquando accidit, aliquando non accidit, contingens in il-
lis omnino est, probabilius vero censetur futurum in quibusdam circumstantiis, quod
iis positis, ut plurimum accidit. 3o effectus contingens eo frequentius accidere
solet, quo propior ad illum dispositio saepius in causa reperitur. 4o quando in
causis habetur aequalis ad plures effectus dispositio, tunc probabilior pro effectu de-
terminato est, sicut numerus ad reliquorum effectuum possibilium numerum. 5o
denique improbabilis censetur effectus iis in circumstantiis quibus positis effectus ipse
rarissime contingit.

Caput 5.

De veritatis probatione et demonstratione, tum de errore praejudiciis, aliisque scientiarum impedimentis

Idea media, cujus ope convenientia aut repugnantia [illegible] [illegible] Quid probatio ejus-
detegitur, veritatem probare dicitur. Probatio igitur generatim accepta est ea que principia
idea media [illegible], ut ope ejus [illegible] quam aliae duae ideae inter sese habeant re- 93.
lationes [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quibus veluti [illegible] fultis
omnis probatio nititur, probationis principia nuncupantur [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

Quo

Quae sint principia probationis? Probationis principia, sive enunciationes vel sunt certae et evidentes, vel

94 incerta, probabilia tamen. In primo casu habetur demonstratio; in altero probatio

probabilis.

Quid demonstra- Demonstratio itaque est probatio ex principiis certis ac evidentibus legitima ar-

tio? gumentatione ducta. Principia porro demonstrationis non sunt nisi propositio-

95. nes evidentes, quales sunt definitiones, axiomata, postulata, experientiae certae,

ac propositiones jam demonstratae [illegible]

Quotuplex? Demonstratio alia est a priori, alia a posteriori. A priori est cum principia ex

96 quibus ea proficiscitur demonstrandum velociter ... cogitationem nostram

[illegible]. Uti ex simplicitate animae humanae, ejus incorruptibilitatem demon-

stras, quemadmodum [illegible] in qua ex causa effectus deducitur. A posteriori vero

cum principia sunt demonstrandorum consequentia, qualis etiam est demonstratio Dei

existentis ex rebus creatis, vel ab effectu ad causam argumentum. Demon-

stratio directa dicitur seu ostensiva, cum ex genuina idea subjecti ostenditur aliquid ei con-

venire, vel repugnare praedicatum, ut cum sic arguis. Ens necessarium est aeternum

sed Deus est Ens necessarium ergo Deus est aeternus. Demonstratio indirecta, seu apa-

gogica, vel deductio ad absurdum fit, cum contradictoria propositionis demonstran-

dae infertur et vera supponitur, atque ex ea legitime argumentando conclusio

denique manifeste ~~colligitur~~ absurda deducitur. Sit demonstranda indirecte haec

propositio Deus est aeternus. Pone prius ejus contradictoriam esse veram Deus non

est aeternus, tum vide quae consecutiones ex ea legitime profluant; igitur Deus non

sit aeternus, ergo non semper fuit, ergo habuit initium existendi, ergo est pro-

ductus, ergo vel a se, vel ab alio, quod utrumque absurdum est. Si enim

a se, simul extitit, et non extitit; si ab alio, Deus est Creatura.

Quae demonstra- Prima demonstrationis lex est, ut principia illa certa, et ante omnem dubita-

tionis leges? tionem posita sint. Quod si tamen adversarius est convincendus, admitti po-

test;

mentationem principia falsa, dummodo adversarius ea in veris habeat. Demonstratio haec ad hominem dici solet 97.

2do Ea quae demonstrata non sunt, pro demonstratis non ostendantur, neque supponantur, ut fit a Wolfio, Leibnitio, aliisque, qui in phaenomenis quaestionibus tanquam demonstratum supponunt, mundum hunc esse omnium possibilium ~~optimum~~ [illegible]

3tio Demonstratione indirecta uti non debemus, quando aliquid directe demonstrare possumus. Demonstratio enim indirecta rei naturam non exponit nec ostendit, quare res vera sit, sed falsam demonstrat esse non posse, proindeque animo veritatis cupido non satisfacit, sed illum potius conducere cogit

4to Ea quae per se manifesta sunt, obscurari demonstrando non debent. Perspicuitas enim, ut habet Tullius, argumentandis demonstrationibus tollitur.

5to Non continuo falsa censenda sunt, quae demonstrari nequeunt, neque quis ideo negari potest, quia modus quo id fiat ignoratur. Tenenda potius est in his et similibus nota S. Augustini regula: rem certam, dum latet, inquirere. Eo et illud spectat ut non major demonstrationis certitudo, ac evidentia requiratur, quam objectum, circa quod versatur, admittit.

Sed quaeque fortasse quis sibi velit vulgare illud axioma: qui nimis probat, nihil probat. Jam vero axiomatis hujus sensus est, quod quaelibet argumentatio nihil amplius probat, si inde aliquid evidenter absurdum, aut evidenter falsum consequatur. Et sane cum principium verum nihil falsi, aut absurdi continere possit, proindeque nihil pariter falsi, aut absurdi ab eo derivari possit; inde manifestum est argumentationem illam inniti principio falso, quae nimis probat, proindeque nihil probare.

Qui falsum pro vero, aut verum pro falso habet errare dicitur; hinc error est cognitio illa, qua pro vero habetur, ita errare nos, ait Cicero, qui putant Quid error? 98.

tant utile posse esse aliquid, quod honestum non sit.

Quid praejudici-um? 99. Praejudicium est anticipatio quaedam, animoque alte infixa opinio, ex qua in casu quodam singulari ad erroneum judicium formandum inducimur. Sic praejudicium est ea opinio, quae vulgi animis insidet omnia sic esse constituta, prout sensibus apparent; unde vulgus solem intuendo judicat, illum esse instar vel quatuor palmorum discum. Sic praejudicium est, si judices, scelestas quasdam mulieres nocturnis horis cum Diana, vel Herodiade, et innumera mulierum multitudine equitare super quasdam bestias, splendidissima quaedam convivia celebrare, choreas ducere &c.

Quidam fontes? 100. Cum praejudicia maxima sint veritatum impedimenta, operae pretium est praecipuos eorum fontes aperire, ut illis depulsis facilius veritas acquiratur. Et primo quidem praejudicia nascuntur ex receptis in infantia opinionibus prava educatione confirmatis. Cum enim tenella mens adolescentis rationum momenta ignara sit, nutricum fabellas, declamationes parentum, domesticorum errores in veris habet, et ea quorum corruptione imbibit, quam aetas reliqua vix corrigere possit. Hinc Tullius inquit: simul atque editi in lucem et suscepti sumus, in omni continuo pravitate, et in summa opinionum perversitate versamur, ut paene cum lacte nutricis errorem suxisse videamur. Inde vero ut habet Horatius: quo semel est imbuta recens servabit odorem testa diu. [illegible]

Oriuntur secundo ex auctoritate. Audiamus iterum Tullium lib. 1. de nat. deor. c. 5. "Obest, inquit, plerumque iis, qui discere volunt auctoritas eorum qui se docere profitentur: desinunt enim suum judicium adhibere, id habent ratum, quod ab eo quem probant judicatum vident."

Tertio praejudicia ortum habent etiam ex sensuum nostrorum fallacia [illegible] jam rerum ideas sensuum [illegible], [illegible] illusiones varias cum rationis [illegible], tum etiam attentionis defectu [illegible] facile est.

est, ut in auctoris verbis solos fere magnos pro judicibus habendos arbitrarentur.

Ipso praejudicia nascuntur etiam ex pravis; quibus animus implicatus est, affectionibus. Affectiones subeunt nostrae male ordinatae, ut sunt stimuli irae, doloris, amorisque, juxta Verulamium ... quae mentem quandam obscuritatem offundunt; seu ut Verulamius nominat, vitro colore praefuso, quibus rerum colores inficiuntur.

Sto oriuntur quibusdam ingenio praeferendo, et laboris impatiente. Huic vitio implicati ea, quae in scientiis sublimia sunt, proindeque majorem attentionem postulant, aut attingere non audent, aut obiter percurrunt, corticem delibant, nucleum non evolvunt. Hinc obscuras quasdam, et confusas rerum notiones linguntur quidem, at claras certas, ac distinctas adquirere non possunt

Sunt et alia complura scientiarum impedimenta, quae omnia commemorare, [illegible] re nimis longum esset. Hic multos conquerentes saepe ac ignaviam in consequendis scientiis ingerunt, qui ut desidiae suae quodquod vitium obducant, frequenter exiguam ingenii sui vim causantur, aut certe parum, vel nihil utilitatis se ex litteris capturos dictitant. Aliis contra nimius sua scientia excolendi ardor obest, qui nimium latius sese expandunt quam imbecillae vires capere patiantur. Quidquid scitu dignum putant uno quasi impetu exhaurire cupiunt; Poetas, Oratores, Historicos, Philosophosque promiscue legunt, atque commemorant. Atque haec est tenebrionum natura, quos sciolos nominant, qui dum plures scientias profitentur, nec in una quidem se peritos, ac versatos probant. Denique memoriae infidelitas magnum est ceterarum scientiarum impedimentum, absque hac enim inanis est omnis opera, quam in condiscendis artibus, et scientiis collocamus. Tantum enim scimus, ut habet Tullius, quantum memoria tenemus. Igitur in contemplandis rebus labori, et attentioni adhaerendum est; seu, ut monet Tullius ipse, adhi-

libeamus ad earum considerationem et tempus et diligentiam.

Caput q[illegible]

De Methodo Analytica, et Synthetica, ubi etiam de concertatione litteraria.

Quid Methodus 101 Methodus generatim est ordinata ratio inquirendae veritatis quae adhuc latet, et explicandae, eamque aliis communicandae, cum jam inventa est. Dividitur autem in Analyticam et Syntheticam.

Quid analytica? 102 Analytica, seu resolutionis est ratio disponendi cogitationes nostras ad veritatem, quae adhuc latet detegendam. Unde etiam methodus inventionis vocari solet. Dicitur analytica ab analysi, seu resolutione: cuilibet etiam veritatem detegere volenti omne totum suas in partes dividendum est, omne compositum in sua principia restituendum, ac veluti dissolvendum est. Hac analysi utuntur Physici, dum ex cognitis experimentis, et observationibus diligenter examinatis, ac diligenter discussis, proximas singularesque earundem causas primum, ac harum agendi rationes notant, hinc a causis singularibus, ac earundem agendi rationibus ad latius patentes sensim progrediuntur, dum tandem inductione quae maxime generales naturae causas naturaeque leges constituunt.

Quid synthetica? 103 Methodus synthetica, seu compositionis est ratio disponendi cogitationes nostras ad veritatem quae jam inventa est, explicandam, eamque aliis communicandam. Ea de causa methodus etiam doctrinae appellari solet. Synthetica dicitur a synthesi, seu compositione; in quavis enim doctrina aliis tradenda quasi componendo incedendum est, a simplicioribus nempe, universalioribus ac facilioribus ad composita, particularia, et difficiliora gradatim delabendo. Sic si methodo synthetica explicare velis, quomodo anima humana est incorruptibilis, dicere poteris. Quod cogitat est ens simplex, sed anima humana cogitat, ergo anima humana est ens simplex: ens simplex non habet partes; sed anima humana est ens sim-

simplex: ergo anima humana non habet partes. quod non habet partes non potest resolvi in partes: sed anima humana non habet partes. ergo anima humana non potest resolvi in partes. quod non potest resolvi in partes est incorruptibile; sed anima humana non potest resolvi in partes. ergo est incorruptibilis. Quod si exemplum hoc inverso ordine legas, analyticam methodum obtinebis. Caeterum utraque methodus eo aptius illustrari potest duobus illis mentis actibus, quorum abstractionem, alterum compositionem supra compellavimus.

Quamcunque autem methodum usurpanda sit, has leges servare decet. 1mo ut in suo lumine clare proponatur materia, circa quam versari placuit; et vocabula omnia, quae adhibenda sunt, siquid obscuritatis habeant, propria definiantur. Et denique certa axiomata sumi debent, quaeque ad propositam quaestionem minus pertinent, respuantur. [illegible] — Leges utriusque methodi. 104

2do si quaestio proposita in plures scindi ramos diffusa sit, accurata membrorum divisio fieri debet, et membra divisa singillatim tractanda sunt; ne scilicet imbecilla mens nostra multarum rerum contemplatione ~~obruatur~~ obruatur

3tio Quaelibet veritate, priusquam ista stabilita sit ad aliam progredi debes. cum enim consequens veritas praecedente nititur, si haec firma non est illa quoque ~~[illegible]~~ nutabit [illegible]

4to denique perturbationum copia, et in rebus enucleandis prolixitas fugienda est, haec enim dum lectorem gravitur, obscuritatem parit; caeterum cavere debet ne a nimia brevitate idem vitium sequatur, juxta illud Horatii, brevis esse laboro obscurus fio.

Concertatio litteraria est contentio duorum, quorum alter sententiam suam proponit, et defendit, alter oppugnat. Hoc autem modo concertatio litteraria instituitur: defendens argumentum ab oppugnante, positum, utrumque repetit, sive ut sibi videtur, [illegible] — Quid concertatio litteraria? 105.

mavit; deinde ad singulas ejusdem partes respondet, falsas negat, veras concedit, ambigua distinguit; et ea, ex quibus contra se nihil inferri posse videt, etiam si ad eamdem veritatem non esse pertinentem ad omnem controversiam, transmittit, hoc est, quatenus hic et nunc concedit ut iis adversarius si possit in oppugnando utatur. Defendens aliquando arg^{um} retorquet, hoc est ex principiis oppugnantis ipsius aliquod arg^{tum} contra ipsum oppugnantem conformat. Nonnunquam per instantiam respondet, scilicet ex oppugnantis principio aliud simile conficit arg^{tum} quod sit falsum, ut sic oppugnantis quoque arg^{tum} falsum esse ostendatur. Defendens tamen, sive per arg^{ti} retorsionem, sive per instantiam respondeat, tenetur adhuc directe sive in forma respondere. Oppugnans denique id semper servare debet, ut in argumentationis suae conclusione eam propositionem habeat, quae a defendente proxime negata fuit.

Disciplinae concertationis leges 106^a Illa sunt, quae in omni concertatione literaria observari utiliter possunt; nonnulla quae pro instituto nostro breviter attingemus. 1mo itaque concertatio amore ducenda veritatis vel inveniendae, vel amplius cognoscendae instituenda est. 2do pro concertationis initio controversiae status, et verborum, quibus ea proponitur, vis probe intelligatur, "Nisi enim, inquit Tullius, inter eos, qui disceptant, convenit, quid sit illud de quo ambigitur, nec recte disseri, nec unquam ad exitum perveniri potest." 3^{tio} cavendum est, ne in logomachiam abeat disputatio, idest ne inanes de nomine lites instituantur. 4to concertantes in generalibus quibusdam juribus et principiis convenire debent, ex quibus controversiae decisio dependet. 5to, refutationis alterius sententiam vel ipsam immediate, vel principia, ex quibus eam adversarius deduxit, aggrediatur. 6to qui in concertatione negativam partem tuetur non tenetur aliam negationis suae rationem afferre quam quod adversarii arg^{tum} nihil probat. 7mo denique, qui impossibilitatem aliquam asserit, impossibilitatem ostendere debet. Qui

vero

vel propositionem unam veram esse, aut oppositam, quam negat, impossibilem demonstravit, ad nihil aliud tenetur.

Sic jam institutionibus logicis finem imponamus, atque ad alia non levio[illegible] momenti nos modo convertimus. Erunt fortasse qui nos breviores, erunt qui nos longiores fuisse criminentur. Quibus respondemus, nos utrumque [illegible] conniventes ea tamen ratione modo, quo licuit suppeditare, quae [illegible] quae vera sunt, quod si quae adhuc desiderantur, eum et accuratiorem [illegible] assidua [illegible] librorum lectione adjici posse speramus. Nos autem majo[illegible] generis vel nominum, vel certe paucos inter auctores ipsos reperiri, qui brevio[illegible] sermone rem logicam tractant. Quare si vos juvenes [illegible] institutio[illegible] nos perstringere non piguerit quod in vestris erit, illud bene confidimus, et optatum ex iis, tandem consequamini, ut ad Metaphysicam tuto gradum facere valeatis.

Finis Logicae majoris

Ternio 2^y.
p̄ma.

Caput 2.

De formali, et materiali idearum Differentia.

Ideae inter se comparatae vel ratione formae, seu modi, quo mens illas percipit; vel ratione materiae seu ipsius rei repraesentatae differre possunt. Formalem idearum differentiam eam dicimus, quae a modo cognoscendi desumitur; Differentiam vero materialem, sive objectivam illam appellamus, quae ab eorundem idearum materia, seu ab ipsa re repraesentata originem ducit. Utraque plures idearum classes suppeditat, quas sequenti capite prosequemur. Quid formalis, et materialis idearum differentia? 24.

Ideae itaque, quas inter formalis differentia intercedit, dividuntur primo in claras, et obscuras. Idea clara est, quae notas exhibet ad objectum, quoties illud denuo occurrerit, agnoscendum, et ab aliis discernendum sufficientes. Obscura vero est, si notae, quas offert objectum ab omnibus aliis discernendo non sufficiant. Sic solis, quilibet etiam de plebe claram ideam habet, non item Martis, Jovis, Saturni, nisi a multitudine planetas istos internoscere didicerint. Plantae alicujus parum genuinae, cum dubitamus num eadem sit, et alias visa, obscuram ideam habemus. Quid idea clara, et obscura? 25.

Idea ipsa clara in distinctam, et confusam tribuitur. Distincta dicitur, si ea claritate repraesentet objectum, ut ipsas objecti notas ab se invicem discernere, ac percensere possis; confusa vero, si ipsum objectum ab aliis discernas quidem, notas tamen ejus invicem discernere, ac minutatim recensere nequeas. Sic de coloribus, et odoribus claras quidem ideas habemus, cum colorem unum ab altero discernere noverimus; minime vero distinctas, cum notas, quibus color unus ab altero distinguitur, non cognoscamus. Verum qui in sola magnitudi- Quid distincta, et confusa? 26

ne

rem, figuram, splendorem, distantiam aliasque notas discernit, is distinctam solis ideam habet.

Quid completa, et incompleta? Ideam distinctam subdividimus in completam, et incompletam. Completa dicitur, si tot notas distincte repraesentat, quot sufficiunt ad

27\. objectum ab omni alio discernendum; sin aliquarum tantum, idea erit incompleta. Sic idea hominis tamquam constantis ex mente, et corpore completa est; incompleta, quae in hominem solum exhibet rationem.

Quid adaequata, et inadaequata? Idea completa denique vel adaequata est, vel inadaequata. Adaequata est, si non modo singulas objecti notas ab se in

28\. vicem discernere, ac percensere valeas; sed ipsarum etiam singularum notarum notas et characteres enumerare possis; secus vero inadaequata erit. Ex. gr. Qui non modo novit, ignem esse corpus, quod lucem, et calorem generat, habetque vim incendendi, et comburendi ligna; sed notas etiam lucis, et caloris, ceteraque adjuncta distincte cognoscit, is adaequatam ignis ideam habet: secus vero si particulares ejusmodi notarum characteres percensere non possit, inadaequatam habet.

Coroll. Hinc facile colligis, in ideis adaequatis diversos perfectionis gradus dari posse, cum ulterius progrediendo novas de notis notarum notas investigare, et sic deinceps, ut adeo ideae nostrae magis semper atque magis adaequatae evadant; quae quidem idearum adaequatarum formatio idearum analysis a Philosophis nuncupatur.

Quid idea di: ~~[illegible]~~ Idea ratione objecti repraesentati dividitur primo in directam, et

et reflexam. Directa est, qua mens objectum aliquod apprehen- recta, et reflexa
ta sua, caeterisque affectionibus suis distinctum repraesentat. 29.
Reflexa est, qua mens praesentem suam cogitationem repraesentat, neque cogitare advertit. Haec nomine <u>intimae et conscientiae</u> etiam frequentius appellatur.

Absoluta ea dicitur, quae repraesentat objectum solum, quod sine alio intelligi potest: relativa autem, quae repraesentando objectum unum, simul etiam alterius memoriam requirit. Idea hominis absoluta est; idea servi relativa: excitat enim simul ideam Domini.

Quid absoluta, et relativa? 30.

Ideae ratione objecti repraesentati in simplices, et compositas dividi quidem solent, in eo tamen definiendo non multum conveniunt. Quod si divisio haec pertractanda est, nobis idea simplex ea erit, in qua ne mente quidem plures partes, sive ideae distingui possunt; ejusmodi est idea coloris, odoris, unitatis etc. Ideam compositam eam dicemus, in qua plures ideae simplices distingui possunt. Talis est idea animalis, hominis etc.

Quid simplex, et composita. 31.

Ideae associatae dicuntur illae, quae ita inter se conjunguntur, ut quamprimum earum una excitatur, altera quoque excitetur. Ejusmodi sunt ideae fumi et ignis.

Quid ideae associatae? 32.

Idea singularis vocatur, quae objectum singulare, sive undequaque determinatum exhibet, ut idea Aristotelis etc. Particularis dicitur, quae rem individuam quidem sed tamen modo quodam indeterminato exhibet: ejusmodi est idea his verbis expressa, <u>aliquis homo, aliquod animal</u>. Universalis denique seu communis ea est, quae objectum

Quid idea singularis, particularis, et universalis? 33.

non

non omnibus modis determinatum repraesentat, tale est idea animalis, hominis &c. Plurimi tamen inter ideam communem, et universalem nonnulli agnoscunt, eamque communem vocant, quae aliquid pluribus commune repraesentat, ut idea animalis; eam vero universalem dicunt, quae ita repraesentat aliquid pluribus commune, ut simul omnia etiam objecta, quibus commune est, confuse saltem attingat; ut omnis homo &c.

Quid idearum comprehensio, et extensio?

In ideis universalibus earum comprehensio, et extensio notanda est. Est porro comprehensio ipsa notarum collectio, quas idea universalis complectitur; extensio vero est subjectorum multi-

34. tudo, quibus ea notarum collectio convenit; ex gr. ideae universalis homo comprehensionem absolvunt hae notae, vita, sensus, et ratio, in ea repraesentatae. Ad ejus vero extensionem pertinent omnia individua humana, quibus superadictae notae conveniunt. Jam vero si comprehensionem, et extensionem simul comparas, facile colliges, quod crescente comprehensione extensio minuitur, et vicissim; si enim in idea animal, quae vitam, et sensum repraesentat, augeatur comprehensio, adjiciendo videlicet notam ratio; tunc minuitur extensio; namque vita, sensus, et ratio solis hominibus, non etiam belluis, quae ad extensionem ideae animal spectabant, conveniunt.

Corol. Ex his patet ideam individui plures exprimere notas, quam ideam speciei; hanc vero plures, quam idea generis: ac proinde species de individuis affirmari potest, genus etiam de specie; non contra: cum enim Petrus plures notas comprehendat, quam homo, vere

vere dico: Petrus est homo. hoc est in Petro deprehenduntur notæ omnibus hominibus communes: male autem dico: homo est Petrus; quod significat, prædicata, sive notas, quas Petrus comprehendit omnes aliis hominibus, constituunt integrum individuum, quod vocamus Petrum, quod est falsum. Eadem ratione bene dico: homo est animal: male vero: animal est homo.

Abstractio est ea mentis actio, qua considerationem ab aliis objecti- Quid abstractio, et compositio?

-s, vel aliis partibus, sive notis ejusdem objecti avocamus, ut eam in unum aliquod objectum, vel in unam ejus sive partem sive notam attentius defigamus. Sic dum in [illegible] unam præ[illegible] considero, abstraho a cæteris, quas non considero: hominis, puta mecum loquentis solam eruditionem admirans, abstraho ab illius dignitate, pulchritudine, forma etc. Compositio est ea mentis actio, qua per omnes objecti notas cogitando progredimur, donec tandem per continuam novarum notarum adjectionem, ex objecto indeterminato objectum undequaque determinatum sive individuum efficiamus. Sic ex. gr. ex objecto indeterminato homo, quod menti observatur, per continuam notarum determinantium additionem mente factam, ut per existentiam, ætatem qua vixit, locum, quo Civitatis Romanæ Consulatum Romanum, principatum eloquentiæ, objectum singulare Ciceronem efficimus. Hinc vides nos per abstractionem ab individuis singularibus ad universales ascendere; per compositionem vero ab universalibus ad singulares tandem pervenire. 35.

Ideam denique rationem objecti repræsentati spectatam in Quid idea abstractam, et concretam dividimus. Abstractam eam vocamus, quæ abstracta,

id,

et concreta? id, quod neque conjunctum, absque eo, cui conjunctum est, repraesentat, ejusmodi est idea albedinis. Concretam vero ideam di-
36. cimus, quae conjunctim exhibet, quae conjuncta sunt; ut idea parietis albi.

Scholion. Adverte porro eandem ideam diverse consideratam jam concretam, jam abstractam esse posse. Sic idea quae corpus rotundum marmor ex. gr. refert, concreta est quatenus rotunditatem cum marmore conjunctam exhibet; est autem abstracta quatenus marmor rotundum, remota magnitudine, pondere, colore, ceterisque affectionibus animo sistit.

Caput 3.

De idearum signis.

Quid signum, et quotuplex? Signum in genere est, quod ope sensuum perceptum alterius rei a se distinctae ideam in mente excitat. Fumus ex. gr. est, ut
37. ignis cujus signum est in nobis ideam excitat. Quaedam porro signa cum re significata conjuncta sunt, ut fumus cum igne, quaedam autem hominum arbitrio pro rebus quibusdam designandis assumpta sunt, ut hedera pro vino venali; prima sunt naturalia; altera vero arbitraria dicuntur. [illegible]

Quid vocabula, et terminus? Vocabula sunt soni articulati voce prolati, quibus ideas mente conceptas significamus. Terminus autem est vocabulum notionem
38. quandam significans, eamque quasi determinans. Cum enim unaquaeque idea dum in mente existit, individua, seu undequaque determinata sit, vocabulum quodlibet ideam quandam determinatam, sive in individuo denotat, ac veluti determinat. Atque inde

inde est, quod vocabula apud Philosophos more recepto termini audi-
ant.

Ideae res ipsas repraesentant, igitur termini mediantibus ideis Corol.
res quoque ipsas secundario denotant.

Si quaeras quot modis terminus sumi possit, generis duplici modo Quot modis
sumi posse respondeo, vel sumitur pro signo, seu pro nuda voce; vel sumi potest?
pro re significata. Si priori modo sumatur, materialiter sumi dicitur, 39.
ut cum dico: Cicero est vox trium syllabarum; si altero formaliter, ut
cum dico: Cicero est princeps eloquentiae. Duplex porro haec termino-
rum acceptio suppositio a scholasticis dicitur.

Terminus formaliter acceptus pro diversitate idearum, quas denotat Quotuplex
in diversa genera tribuitur. Alius est singularis, ut Cicero, qui unam perso- terminus?
nam singularem exprimit; alius universalis, qui universalem ideam 40.
denotat, isque vel genericus ut animal, vel specificus ut homo; alius par-
ticularis ut aliquis homo; concretus ut doctus; abstractus ut doctrina.
Dividi etiam potest simplex, et complexus, quorum ille uno vocabulo
constat, ut homo, hic pluribus simul acceptis, ut homo doctus, marmor can-
didum.

Terminus, qui formaliter acceptus vel denotat aliquam realem ideam, Quid terminus
et positivus dicitur, ut res, homo, Cicero, vel absentiam alicujus ideae, ut positivus, nega-
nihil, ignorantia, stultitia, tenebrae, et negativus appellatur, vel denique tivus, et inanis?
nullam omnino ideam denotat, ut circulus quadratus, mons sine valle, 41.
atramentum album, ferrum ligneum, et quaecunque sunt impossibilia,
et tunc terminus inanis dicitur.

Terminus fixus dicitur ille, cui ratio invariata constanter respon- Quid fixus,
det;

et vagus? dat; atque vel proprius, cum uni eidemque rei significandae semper in-
42. serviat, ut Cicero, Plato; vel univocus, si pluribus rebus sub eadem significatione tribuatur, ut homo, animal. Terminus autem vagus est ille, cui una eademque idea non semper respondet, sed modo haec, modo illa, ut calx, mundus, os, liber, ver. Terminus hic aequivocus etiam dicitur.

Quotuplex aequivocus?
43.
Terminus aequivocus vel casu, vel consilio originem suam debet. Casu aequivocus est, cum multiplicis significationis ratio propter arbitrium primorum linguae institutorum dari nulla potest, ut liber, ver, os. Consilio aequivocus est, cum res diversae, quibus idem terminus tribuitur, aliquam inter se convenientiam, similitudinem, sive analogiam habent, unde analogus etiam vocatur; ut ardens, qui de corpore ignito, et homine irato propter similitudinem agitationis dicitur.

Leges circa vocabulorum usum servandae?
44.
Quoniam non raro a Philosophis minus cautis circa vocabulorum usum peccatur, ideoque ut studiosa haec juventus ab eo, quoque nascitur, vitium omne vitetur, sequentes leges observandas propono. Et primo quidem voces ambiguae, ac indeterminatae, nec non [illegible] omni studio vitandae sunt. Vitium hoc in Diogene notavit Melanthius, qui interrogatus quid de illius tragoedia sentiret, negavit se vidisse, quod esset obtecta verborum involucris. 2do translatis, figuratae locutionis, quae oratoribus familiaris sit, in Philosophando raro opera danda est, ut earum raro proprio usurpentur: translata enim delectant magis quam docent, et quo magis delectant, eo minus docent. // Opera danda est, inquit Tullius, ut verbis utamur quam usitatissimis, et quam maxime aptis, id est rem declarantibus. 3tio si voces ambiguae usurpandae sunt,

sunt, eorum sensus deinde explicandus est, ne aut liber de vocabulo intendas, aut mens audientis in ambiguo fluctuat, Inquirendum primum debet... inquit Tullius, et inter quos dissentitur, conveniat quid sit id, de quo disseritur //. Hinc vitanda sunt vocabula peregrina, quorum significatio penitus ignota est, vitandi quoque vocabula in significatione nova nulla praevia declaratione usurpati. Hinc denique barbaries quidem vocum quoad fieri potest in Philosophando fugienda est; non ideo tamen prohibendi sumus a communi vocabulorum usu, quae a Philosophis communiter recepta sunt, si ideis nostris brevius, et dilucide explicandis deserviant. Optime ad rem hanc Quintilianus, // dura quidem admodum videntur, ut ens, et essentia, quae cur tanto pere aspernemur non video; nisi quod iniqui judices adversus nos sumus, ideoque paupertate sermonis laboramus //. Non modo igitur vocabulis quae eiusdem licet barbaris in usu tamen positis uti possumus, sed ubi verae novas quas acquirimus ideas (crescentibus in dies cognitionibus) non satis exprimunt, nova etiam interdum vocabula procudere licebit.

Caput 4.

De Definitione, et Divisione.

Definitio est oratio rei naturam, vel nominis vim explicans. Hinc duplex oritur definitionis species, alia scilicet rei, et alia nominis; prima explicat quid res ipsa sit, item ut res definita ab alia quacumque distinguatur, alia nomen ipsum, ipsius nempe significationem clarius exponit. Realem definitionem reddis, si dicas: homo est animal ratione praeditum; nominalem vero, si dicas: nomine iridis venit coloratus ille in caelo arcus, qui non raro post pluviam splendente a tergo sole conspicitur.

Quid Definitio, et Definitum?

45.

citur. Definitum autem est res ipsa, quae per Definitionem explicatur.

Corol. 1. In Definitione igitur distinctae enumerari debent notae objecti, quas idea illa repraesentat, et quidem nec plures, nec pauciores, quam quae sufficiunt objecto ab omnibus aliis semper discernendo. Hinc ideae confusae, et simplices definiri non possunt.

Corol. 2. Cum nominis definitio nonnisi sensum, quo vocabulum sumatur, exprimat; saepe vero pro arbitrio unus unam, alter alteram significationem eidem vocabulo attribuere possit; inde fit, ut nemo jure possit reprehendi, quod nomina arbitratu suo definiat, modo vocabulo eandem significationem perpetuo servet. Nominis igitur definitio in controversiam vocari non debet; consultius tamen erit, si quis definitionibus jam receptis utatur.

Scholion. Illud vero hic advertas velim, nominis definitionem confundendam non esse cum illa vocabulorum explicatione, quam Grammatici etymologiam vocant. Haec enim notionem tali vocabulo alligatam non determinat, sed dictionis solum tradit, ex quibus vocabulum originem duxit, ut inde pateat, ~~cur~~ cur res ipsa ejusmodi vocabulo fuerit expressa. Sic ex. gr. cum dicitur: is ~~praeest~~ qui est Reip. ab eo vocatur consul, quia illius est munus Reip. bono consulere.

Quid Definitio essentialis, et accidentalis? 46. Definitio essentialis ea est, quae rem per notas ejusdem essentiales explicat; essentialis hominis definitio est: animal ratione praeditum. Accidentalis, quae etiam Descriptio dicitur ~~ea~~ est, quae per notas accidentales rem explicat. Talis est illa Tullii: homo est animal providum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis, et consilii:

Definitionis leges. 47.

Cum in disciplinis omnibus pertractandis definitio magni sit momenti; idcirco ne in illa efficienda erretur, leges nonnullas ad bonam definitionem requisitas subjiciendas sunt. Primo itaque definitio re definita sit clarior, quae quidem regula ex ipsa definitionis natura colligitur; nam enim non esset ratio rei naturam vel vim nominis explicans. Quare verbis claris, usitatis, et propriis, non vero obscuris, metaphoricis, ac synonimis definitio constet oportet. Cavendum praeterea est, ne definitum definitionem ingrediatur, ut si dicas: *logica est scientia tradens regulas logicas*: aut ne in definitione adhibeantur nomina, quae iterum per rem prius definitam definiri debent, ut si dicas: *magistratus est lex loquens*, *lex autem est mutus magistratus*: quod definitionis vitium *circulus* in definiendo appellatur.

Secundo definitio omni et soli definito convenire debet; in primis enim si omni definito non conveniat definiti naturam non explicat; hinc vitiosa est haec definitio: *homo est animal loquens*, cum id omni homini non competat, nempe mutis. Si deinde soli definito non conveniat, tunc definitum ab aliis entibus non satis discernitur, proindeque illius natura non satis dilucida et distincta appellatur, ut si dicas: *homo est animal mortale*; quae definitio eas notas non continet, quibus homo a brutis secernitur

Tertio essentialis definitio fieri debet per genus proximum, et differentiam ultimam. „Non est dubium, inquit Tullius, quin definitio genere declaretur, et proprietate quadam; sive est, quin genere constet, et differentia„ accipitur porro genus proximum, quia altiora genera notas sufficientes non continent, quarum proinde defectu definitio evaderet latior, ut patet si dicas: *homo est vivens rationale*,

quod

quod omni spiritui competit. Ultima differentia denique omitti de-
bat, quia sane definitio rei dicernenda non sufficeret; ut si dicas: homo est animal bipes, quod avibus etiam convenit.

Sexto denique definitio non sit negativa: hac enim utroque non declaratur quid res sit, sed judicatur solum, quid ea non sit, ut si dicas cum Peripateticis: materia est id quod neque est quid, neque quantum, neque quale, neque quidquam eorum quibus ens determinatur. Haec tamen hoc duobus in capitibus exceptionem patitur. Primo quando affirmativa definitio in promptu non est, ut cum agitur de rebus per se obscuris, aut supra humanae mentis captum positis: ut ens simplex est, quod partibus destituitur; ens infinitum est, quod nullos habet limites. Secundo quando duo sibi directe, seu contradictorie opposita sunt definienda; tum enim altero eorum jam affirmative definito, alterum recte negative definitur; et ratio est quia satis constat quid res sit, cum opposita per definitionem praemissam jam cognita definitio de eadem negatur. Sic ubi impossibile affirmative definitum fuerit dicendo: esse id, quod in notis essentialibus contradictionem involvit; facile patebit, quod sit possibile priori oppositum, et ideo eadem prior definitio negata dicendo: esse id quod in notis essentialibus contradictionem non involvit. Sic postquam compositum definiveris esse id quod partibus constat inter se diversis, simplex definire poteris, id quod ejusmodi partibus non constat.

Quid divisio, et divisum?

45

Divisio est totius in suas partes distributio. Totum, quod distribuimus, divisum appellatur, partes vero in quas distribuitur membra dividentia vocantur. Divisionem facis ex. gr. dum animal in hominem, et belluam; hominem in corpus, et animam; animam in vim sentiendi, et intelligen-
di

De Subdivisione.

Subdivisio est membri alicujus divisionis factae in suas partes distri- Quid subdivisio?
butio. Ut si dicas: ideam esse claram, vel obscuram; claram vero, 49
vel esse distinctam, vel confusam.

Quoniam, quatenus ad hunc locum pertinet, triplex est totum, ita Quotuplex
triplex etiam divisio constitui potest. Totum scilicet aliud est divisio
Metaphysicum, quod partes habet solum cogitatione nostra distinctas, 50.
ut elementum hominis vi sentiendi, et intelligendi constare fingas. Phy-
sicum est, quod membris re ipsa distinctis coaluerit, ut homo animo, atque
corpore conglutinatus. Logicum denique, quod est nota universalis, vel es-
sentiam pluribus vel speciebus, vel individuis communem, ut animal, quod
hominem, et belluam complectitur. Hinc triplex divisionum genus
emergit, Metaphysica scilicet, Physica, et Logica.

Divisionis utilitatem maximam esse vel inde patet, quod mens, par- Scholion.
tibus singillatim perlustratis, totius indolem facilius pernoscat, et si quod
[illegible] toti tribuitur, quod non nisi quibusdam membris conveniat, mox
facile detegatur. Hinc merito a plerisque Philosophis *divisio [illegible]*
[illegible] nuncupatur.

Legitimae divisionis leges paucis complexus est Cicero lib. 1. de Ora- Divisionis le-
tore „Quae, inquit, partitio rerum distributarum continet expositio- ges.
nem, [illegible] habere debet brevitatem, absolutionem, paucitatem.„ Bre- 51.
vitatem itaque habeat, quae vetat, ne ad partes minimas descen-
datur; nam si divisio nimis anxia et minuta sit, et attentio-
nem distrahit, et memoriam obtundit. Namque, ut habet Seneca,
idem vitii habet nimia, quod nulla divisio. Simile confuso est

quid

quidquid neque in pulverem redactum est//.

Divisio denique absolutionem habeat, enumerando nimirum omnia membra, quae sub diviso continentur, ita ut ea simul sumpta aequent divisum, cum eoque reciproca sint; sic male divideres homines in medicos, et poetas; dantur enim, qui ad neutram classem referri possunt; male item divideres globum terraqueum in Europam, Asiam, Africam, America neglecta.

Tertio denique divisio parcitatem habere debet, quae in eo consistit ut nullum membrum otiose, et superflue adducatur. Id vero contingit, quando membra dividentia se invicem complectuntur, et unum de altero affirmari possit. Sic male esset divisio entis in simplex, compositum, et cogitans, item si globum terraqueum divideres in Europam, Germaniam, Asiam, Africam, et Americam. Europa enim Germaniam continet. Huic porro vitio facile medeberis, si divisio primum fiat in membra magis generalia, dum id necesse fuerit, tum subdivisio instituatur. Quare postquam globus terraqueus in Europam, Asiam, Africam, et Americam divisus fuit, tum porro subdividi Europa in Germaniam, Galliam, Italiam etc. et rursus Germania in suas provincias distribuatur.

Caput. 5.

12 De judicii natura, seu de Enunciatione, ejusque variis speciebus.

Quid judicium, et quotuplex? Judicium est mentis actus, quo quidpiam de altero affirmat, vel negat. Sic judico dum cogito: animam humanam esse spiritualem; animam humanam non esse corpus. Hinc et veniunt judicium, vel affirmativum vel

52

nega-

negativum est.

Omne judicium tribus absolvitur ideis, quarum prima est idea subjecti, rei nempe de qua aliquid affirmatur, vel negatur; requiritur deinde idea praedicati, rei scilicet, quae de subjecto affirmatur, vel negatur. Et deinde idea concordiae, vel discordiae subjectum inter et praedicatum. Sic in hoc judicio „Fortuna est caeca." Idea fortunae est idea subjecti; idea caecitatis est praedicati, quod de fortuna affirmatur, quae quidem duae ideae absolutae etiam vocantur. Idea denique est idea concordiae, quae etiam relativa, seu comparativa appellatur. In quovis porro judicio concordia vel discordia subjecti cum praedicato attente discutienda oportet. Nemo enim frequenter evenit, ut audientibus ludibrio simus. „Quoties enim, inquit Tullius, aut dicimus, aut loquimur toties de nobis judicatur." Quot constat ideis? 53.

Quas ad judicii naturam pertinentes quaestiones pertractare solent nonnulli, in quarum prima quaerunt, utrum judicium sit potius actus simplex an vero ex pluribus actionibus compositus; in altera autem discutiunt, utrum judicium ad intellectum, vel potius ad voluntatem sit referendum. Ordo quem nobis constituimus non patitur, ut in ejusmodi quaestionibus pertractandis immoremur. Alii ejus tempus debet eas nunc examinabimus, nostramque mentem paucis exponemus. Modo ad primam quae attinet cum clarissimo Fa... equidem nobis videtur judicium esse simplicem mentis actum; cum enim nihil aliud sit quam affirmatio, vel negatio, hujus autem divisionem nullam excludit, proinde simplex esse debet. Scholion

Dicat adulterum quod spectat cum eodem dissimus vero judicium ad intellectum potius quam ad voluntatem pertinere censemus; ad intellectum enim ea mentis operatio referri debet, quae nihil aliud esse videtur, quam convenientiae, vel discrepantiae perceptio, cujusmodi profecto est actus judicii: sed qui plura hac de re desiderat, is adeat tum laudatum auctorem, tum Malvin, qui ambo rem hanc satis fuse pertractarunt.

Quid enunciatio?

54. Enunciatio, quae etiam propositio dicitur, est oratio, qua judicium mente conceptum aliis significamus; ut cum dicimus animam humanam esse spiritum: Deus est justus.

Quae ejus partes?

55. Quaelibet enunciatio tribus partibus constat; nimirum subjecto, praedicato, et copula. Subjectum, et praedicatum dicuntur etiam termini, extrema, vel propositionis materia, quorum alter nimirum unus ideam subjecti, alter praedicati ideam exprimit. Copula vero, quae a copulando dicitur, et convenientiam, vel discrepantiam denotat, forma etiam appellatur. Quidquid praeterea in propositione occurrit, vel ad subjectum, vel ad praedicatum ut quaedam affectio refertur, et non nisi ideam eam complexam esse ostendit; ut si dicas: mens humanae naturae, quae immortalis est, appetens bonorum aeternorum. Mens est subjectum, humanae naturae quae immortalis est subjecti ipsius affectio, verbum est copulam agit; appetens est praedicatum, bonorum aeternorum est praedicati affectio.

Monitum

Non vero putemus vocabulis absolutam propositionem quasi et tres ejus partes distincte assignari possint. Nonnunquam enim copula pronomine negligitur ut si dicas virtutem sapientiae, non

mor Domini; ubi subintelligitur est. vel si dicas cum Virgilio, facilis descensus averni. Nonnunquam praedicatum, et copulam unico verbo implicantur, ut si dicas vivit Dominus, in quo praedicatum, et copulam simul verbo vivit exprimis. sed haec propositio in hanc alteram commutari potest: Dominus est vivens. Nonnunquam omnes tres partes, unico verbo continentur, ut si dicas. vivo, quae commutari potest in hanc ego sum vivens. Nonnunquam denique unum deest subjectum, ut non sapiens. subintelligitur ego. sed illud utrum hic notandum est verbum substantivum sum, es, est quod solum, et quidem tempore praesenti, copulam agit, non significare identitatem praedicati, et subjecti, unum scilicet esse, aliud sed tantum praedicatum in subjecto contineri. [illegible]

Enunciatio simplex ea est, quae unicum subjectum, et praedicatum habet. ut anima humana est substantia spiritualis. Composita est aut plura subjecta, aut plura praedicata, vel utraque continet, ut anima humana est spiritualis, et immortalis, vel illa Terentii: Obsequium amicos, veritas odium parit. Complexa denique est, cujus alteruter, vel uterque terminus est complexus, seu ex pluribus compositus. propositionis hujusmodi exempla sunt, nulla potentia naturae quaesita est diuturna: amicus fidelis est protectio fortis. in quarum prima subjectum, in altera vero subjectum simul et praedicatum, sunt termini complexi. Complexa porro dicitur ejusmodi propositio, quia terminis suis alias subinde implicite enunciationes continet; ut ista. Augustus Julii Caesaris filius vicit Antonium: cujus quidem implicite continet hanc alteram,

Quid enunciatio simplex, composita, et complexa? 56.

que

qui fuit Julii Caesaris filius.

Quae propositio incidens, et quotuplex
57.

Propositiones incidentes dicuntur illae, quas complexa quaedam termini complectitur; sic in altero exemplo, qui fuit Julii Caesaris filius, est propositio incidens. Jam vero propositiones incidentes vel explicativae, vel determinativae, seu restrictivae sunt. Explicativae dicuntur, quae ad majorem subjecti vel praedicati explicationem adhibentur, ut si dicas: Petrus qui fuit Apostolus Jesu Christi, cruci affixus est. Propositiones incidentes determinativae sunt illae, quae vel praedicati, vel subjecti significationem determinant, ac restringunt, ut si dicas: homines qui pie volunt vivere in Christo, persecutionem patiuntur.

Quotuplex composita?
58.

Composita propositio quatenus ad unam notionem pertinet, quadruplex est, videlicet conditionalis, causalis, copulativa, et disjunctiva. Conditionalis seu hypothetica ea dicitur, quae praedicatum de subjecto sub quadam conditione per particulam si expressam affirmat, vel negat; ut si dicas: si anima humana est ens simplex, ea est incorruptibilis; vel si sol lucet, dies est. In conditionali propositione duae sunt partes per particulam si conjunctae, quarum prima conditio, altera conditionatum vocatur. Causalis ea est, quae causam profert, cur praedicatum subjecto tribuatur, vel removeatur; quae quidem causam afferri solet particulis, quia, quoniam [illegible] ut si dicas: Cajus est condemnatus, quia [illegible] quorum [illegible] impendit, vel cum teneam vota nostra, quae amamus, defendimus et [illegible] illa, quam [illegible]. Copulativa dicitur, in qua plura subjecta vel praedicata per particulas copulativas et, ac, atque, nec, neque conjunguntur in hunc modum

Cum

[D]iscipulis praecipit, et amari, et timeri debet; vel nec aspera sine pompa, nec divitiis sine ratione tuto quis uti poterit. Disjunctiva denique illa voca-tur, in qua per particulas disjunctivas vel, aut, sive plura subjecta, aut praedicata colligantur: ex. gr. lex omnis aut honesta imperat, aut con-traria prohibet. Peccatori aut poenitendum, aut ardendum.

Enunciatio pura dicitur, in qua modus non indicatur, quo subjectum se habet ad praedicatum, ut circulus est rotundus, mundus existit; si vero in propositione enunciatur modus quo praedicatum subjecto conjungitur, vel removetur; modalis appellatur, ut circulus necessa-rio est rotundus; mundus contingenter existit; possibile est, ut alter mun-dus existat, impossibile est, ut circulus sit quadratus q. Modi porro, qui-bus praedicatum subjecto convenire, aut non convenire potest, sunt qua-tuor necessarius, contingens, possibile, et impossibile.

Quid pura, et modalis? 59.

Propositio identica vocatur, in qua praedicatum idem est cum sub-jecto: ut si dicas: homo est homo. [illegible]

Quid identica? 60.

Propositio in qua concordia duntaxat, vel discordia praedicati, et subjecti enunciatur, theoretica: in qua vero fieri quidpiam posse, aut fieri debe-re affirmatur, practica dicitur. Theoretica est illa Horatii: Pallida mors aequo pulsat pede pauperum tabernas, Regumque turres. Practica est illa Tullii: Tantum cibi, et potionis adhibendum est, ut reficiantur vires, non opprimantur.

Quid theoretica, et practica? 61.

Utraque porro vel demonstrabilis, vel indemonstrabilis est; prout vel ha-bet conjunctio, vel disjunctio terminorum aut non patet, aut per se patet; in primo casu demonstrabilis, in altero indemonstrabilis est. [illegible] generis sunt; nullo in casu mentiendum esse; non sunt audiendi, qui

Quid demonstrabilis, et indemonstrabilis? 62.

qua

qui quaeritur inimicis vincendum putant. Alterius vero generis istae;
quod cogitat, existit; qui respirat, vivit &c.

Quid axioma, et theorema? Propositio theoretica indemonstrabilis axioma, demonstrabilis vero
theorema plerumque audit. Axioma est cum dico: quod factum
63. est infectum fieri nequit; vel quae conveniunt uni tertio, conveni-
unt inter se. Theorema vero: anima humana est immortalis; vel
debemus morti nos, nostraque morti.

Quid postulatum et problema? Practica indemonstrabilis postulatum, demonstrabilis problema appel-
latur. Postulatum est, novam tu ipsum; ama bonum, tene malum &c. Pro-
64. blema vero est propositio, quae modum parandae cujusdam rei proponit,
vel quae cujuspiam rei definitionem conducentem proponat. Pro-
blema porro tribus partibus constat, quarum prima aliquid faciendum
dum postulat, altera modum suggerit, quo id fieri debet, tertia effec-
tionem ipsam demonstrat.

Quid Lemma? Lemma, vel ... vocatur propositio ex alia scientia, vel scientiae
65. parte, ut certa supposita, et quasi mutuo accepta, ut illius ope pro-
positio mox occurrens demonstretur. Ita Theologus demonstraturus,
.12 veritatem Dei esse infallibilem, certam supponit ex Metaphysica proposi-
tionem hanc: Deus sapientia, et veracitate infinita praeditus est. Sic
Physici, et Astronomi pluribus propositionibus, quas in Geometria de-
monstratas supponunt, ad suas demonstrationes conficiendas utuntur.

Quid corollarium. Corollarium vel consectarium est propositio, quae vel ex definitio-
66. ne quapiam, vel ex alia propositione jam demonstrata ita profluit,
ut alia demonstratione amplius non indigeat. Sic ex illo Vir-
giliano: Multa dies, variusque labor mutabilis aevi retulit in meli-
us.

-s; concludere licet puto, fieri posse, ut vinitores bullae intra annum optatos habeant. Deinde quod si etiam visus est non illico operam [illegible] abjiciendam esse, sed a tempore, et labore [illegible] esse. Sic denique si demonstratum sit, pietatem esse ad omnia utilem, inde sequitur, pietatem etiam ad perspiciendam in litteris multum conferre. Sed consilio majoris claritatis gratia brevitatem, et plana demonstratio addi solet.

Scholion est propositio quaedam, sive adnotatio, quae cuilibet propositioni subjungi potest, prout res postulat, in eaque aut declaratur aliquod obscurum, aut respondetur ad dubium, aut utilitas, ususque doctrinae explicantur, aut historia, fontesque inventorum [illegible] rantur, aut denique lector utiliter de quibusdam admonetur. Quid scholion?
67.

Sermo dnis

pm̄a

[illegible]

Caput 6.

De Propositionum qualitate, quantitate, et oppositione.

Affirmatio, vel negatio, quam in se propositio complectitur, vulgo ejus qualitas appellatur. Haec porro qualitas duplex est, alia essentialis, quae in ipsa affirmatione, vel negatione consistit, cum omnis propositio necessario affirmans sit, vel negans; alia accidentalis est, quae in veritate, vel falsitate, evidentia, vel obscuritate, certitudine, vel probabilitate propositionis sita est. — *Quid enunciationis qualitas, et quotuplex?* 68.

Affirmans propositio ea est, quae praedicatum tribuit subjecto; negans vero in qua praedicatum a subjecto removetur. Affirmans est illa Horatii: Decorum est pro patria mori. Negans est haec altera: in voluptatis regno non potest virtus consistere. — *Quid Propositio affirmans, et negans?* 69.

Scholion. Ut negans sit propositio, dissensionem inter praedicatum et subjectum exprimere debet, atque adeo particula negans in verbum substantivum cadere debet, eique praefigi. Propositio igitur, in qua particula negans non ad copulam, sed vel ad praedicatum, vel ad subjectum pertinet, in negativis haberi non debet; sed speciem habens negativae, revera affirmativa est et a Philosophis dici solet infinita, ut si dicas: [illegible] accepisse detrimentum rempublicam opponendum est, vel haec altera: non ulcisci ~~[illegible]~~ patris injurias [illegible] est

In omni propositione affirmativa praedicatum non secundum totam suam extensionem, sed secundum aliquam suam partem sumitur. Contra vero in omni negativa secundum totam suam extensionem, quam habet accipitur, protenditurque universaliter. Ratio hujus est, quia ut affirmatio sit vera, non requiritur, ut omnia, et singula, quae ad exten- — *Quae praedicati extensio in affirmante, et negante?* 70.

exten-

extensionem praedicati pertinent, subjecto conveniant: sed sufficit omnino, si aliquod sub extensione praedicati contentum conveniatur cum subjecto. ut si dicam: anima humana est spiritus; vel temperantia est virtus, sensus est animam esse aliquem spiritum, temperantiam esse aliquam virtutem. Ratio secundi est, quia ut praedicatum cum veritate de subjecto negetur, necesse est, ut nullus [illegible] negatur sit, nihilque eorum, quae sub extensione praedicati continentur, subjecto conveniant; ex. gr.: otium non est virtus; sensus est, otium esse nihil eorum, quae sub praedicato virtus continentur, adeoque nec esse [illegible], neque fortitudinem, neque temperantiam; neque ullam aliam virtutem.

Quid verae et falsae? Propositio vera est, quae praedicatum ita de subjecto enunciat, ut re ipsa se habet; quae aliter enunciat, falsa est. Hinc verae sunt

71 sunt istae: Virtus est expetenda: Fortuna parvis momentis magnas rerum commutationes efficit. Falsae vero istae: primus in orbe deos fecit timor: Nihil eorum, quae post mortem eventura sunt, ad nos pertinebit.

Quid propositio [illegible] supposita [illegible]? Ad propositionem falsam revocari solet etiam propositio, quae de subjecto non supposito, vel falso supposito aliquid enunciat. Illa autem propositio sic vocatur, quae expresse, vel implicite asserit quidquam tanquam subjecto propositionis conveniens, quod ei tamen non convenit. Ut istae: Judas innocentissimus Christi Apostolus laqueo vitam finivit; quae aperte supponit, Judam fuisse innocentem; vel: Corporatio hominis animae non est natura sua immortalis; quae pariter hominis animam corpoream esse aperte supponit. Item istae aliaeq:

dici: Aristoteles disputat in Lyceo; Antichristus ambulat in foro; quae im-
plicite Aristotelem, et ~~Antich~~ Antichristum existere supponunt. Vel denique
illa, quae de subjecto impossibili enunciant, quod tantum potest convenire
possibili; ut Mundus omnium possibilium optimus a Deo conditus est.

Cum ejusmodi propositiones inter disputandum occurrunt, praemittere a nonnullis negari solet suppositum. Sed praestat omnino, tunc solummodo suppositum propositionis negari dicere, quando falsa est incidens determinativa, quae supposita, vi implicata assumitur ad connectendum praedicatum propositionis principalis cum suo subjecto, cum suo connectionem ponit. Alias cum propositio incidens explicativa est, vel sola incidens ~~explicativa~~ est [illegible] propositio principalis vera sit, vel ipsa propositio principalis falsa sit negari [illegible]. Hinc in duobus primis allatis propositionibus negandum est suppositum ~~[illegible]~~ cum eo dissimulato ipsae propositiones tanquam verae possunt admittendae, in aliis duabus non suppositum sed ipsae propositiones negandae sunt. In ultimo demum [illegible] neganda est, cum propositio principalis absolute concedi non possit, quin aliquid, quod concedatur, mundum nempe omnium possibilium optimum esse possibilem. Scholion.

Certa est propositio, de cujus veritate nullum prudens dubium esse potest, qui certe, curat, [illegible] mentes innotescit, ut: neg. statutum est omni- [illegible], et omnibus hominibus semel mori. Certa pariter vel evidens est, vel communis dici- 13.
tur. Evidens dicitur, cujus veritas adeo clara est, ut perspicua, ut [illegible] oculis intueamur; qualis est ista. Non potest idem simul esse et

non

novo esse. Dubia vero, cujus veritas quidem, at proprie non cognoscitur, ut: *Nostri omnes peccaverunt in Adamo;* vel: *Tres sunt, qui testimonium dant in caelo.*

Quae probabilis, et improbabilis? Probabilis vocatur, cujus veritas gravioribus nititur rationibus: ut: *Terra habet suos incolas,* vel: *Terra circa solem revolvitur.* Improbabilis, cujus falsitatem graves rationes probare videntur; ut ista: *Mundus est omnium possibilium optimus.*

74.

Quae dubia, et quotuplex? Dubia tandem ea est, cujus veritas juxta ac falsitas paribus, aut nullis fulcitur rationibus. Illa vero, pro cujus veritate ac falsitate pares sunt rationes, positiva, pro cujus autem nullae sunt, negativa dubia est; ita: *Stellae sunt numero pares,* est negativa dubia.

75.

Quid propositionis quantitas? Propositionis quantitas est ejusdem in plura, vel pauciora subjecta extensio; quae quidem propositionis extensio a subjecti extensione constanter pendet. Cum itaque subjecti extensio vel universalis, vel particularis, vel singularis esse possit, omnis quoque propositio ratione suae quantitatis in hanc triplicem classem universalem, particularem, et singularem dividitur.

76.

Quae universalis, et quotuplex? Universalis ea est, in qua subjectum, quod de se ideam universalem denotat secundum totam suam extensionem sumitur, ita ut praedicatum singulis individuis sub illo subjecto contentis, etiam seorsim acceptis conveniat, id quod demonstrant particulae *omnis, nullus, nemo* subjecto praefixae, quae propterea *notae universalitatis* dicuntur. Ut: *Omnis virtus est appetenda: nullum vitium est honestum; omnis homo mortalis;* ejusmodi propositiones *complete* universales dicuntur. Si-

77.

bi

les vero in quibus praedicatum non singulis individuis, sed tantum singulis speciebus sub subjecto contentis convenit, incompletae universales vocantur; ut omne animal fuit in Arca Noe: vel illud Christi ad Pharisaeos, decimatis omne olus. Propositiones denique, in quarum subjecto exceptio aliqua fieri debet, universales dicuntur moraliter, sive sensu accommodo: ut illa Curtii: nulla potentia scelere quaesita cuiquam est diuturna: vel haec altera Virgilii: Italia fixis Graecis.

Particularis propositio ea est in qua subjectum communis quidem est terminus, praedicatum tamen non nisi quibusdam individuis eo comprehensis convenit; id quod denotant particulae adjectae, aliquis, quidam, nonnullus, quispiam quaeque de causa particularitatis notae appellantur. Ut quidam homines sunt eruditi: quidam Philosophi doctrina sua ad stabiliendos errores abutuntur; vel illud Horatii: accurrit quidam notus mihi nomine tantum. Jam vero in propositione particulari, vel illa individua, quibus praedicatum convenire asseritur, in ea jam determinata sunt, vel non, sed aliqua tantum ex omnibus possibilibus disjunctive accepta intelliguntur. In priori casu propositio est determinata, sive supponit determinate, ut ajunt. Exemplo sunt istae: aliqui Philosophi negant immortalitatem animae humanae: vel aliquis huic aedificio ignem supposuit. In casu altero propositio est indeterminata, seu vaga, vel supponit indeterminate; ut aliquis calamus requiritur ad scribendum; vel aliqua navis est necessaria ad navigandum. Vide particulas, et paragraph 78.

Scholion. Si indicium quaeris, unde illas distinguere possis, adverte, quod quoties cunque praedicatum actionem, aut passionem quae jam fuit denotat, propositio est determinata; cum actio, et passio nonnisi circa actu existentia

pro:

praedicari possint, omnis autem res existens singularis sit, ac determinata. Quod si vero praedicatum necessitatem aliquam, exigentiam, debitum, vel aptitudinem exprimat, non requiritur, ut subjectum in se certum sit, ac omnimode determinatum; sed unum aliquod vage, vel indeterminate sumptum ex omnibus possibilibus [illegible] denotabiliter, ut patet exemplis supra allatis [illegible]

Quid singularis?

Singularis dicitur propositio, cujus subjectum est terminus singularis, sive individuum. Ut Plato fuit discipulus Socratis; vel hoc aedificium est

79. secundum architectonicae leges constructum. Ad singulares pertinent illae etiam, quarum subjectum collectionem plurium quasi unum significat, ut cum dicis: omnes partes totum efficiunt; vel omnes litterae faciunt alphabetum; vel denique omnes Apostoli sunt duodecim. In his enim voce omnis ad hoc tantum adhibetur, ut intelligatur totam partium, litterarum, Apostolorum collectionem simul esse accipiendam, ut illi praedicatum cum veritate attribui possit.

Quid definita, et indefinita?

Notae illae omnis, nullus, et aliquis et propositionis quantitatem definiunt; unde propositio cujus subjecto talem notam praefixam est,

80. dicitur definita, ut omnis virtus est appetenda, aliquis homo est eruditus. Propositio vero cujus subjectum tali nota affectum non est, indefinita vocatur, ut virtus est appetenda; homines sunt eruditi. Propositiones tamen istae ad definitas, et quidem universales reducuntur, si praedicatum sit nota constans subjecti, hoc est si ratio, propter quam praedicatum subjecto tribuitur, in ipsa subjecti natura sit; secus particulares censendae sunt; ita universalis est haec propositio indefinita. Virtus est appetenda. Ratio enim, cur praedicatum subjecto tribuitur, [illegible]

tus

tio est repetenda, in qua virtutis natura sita est. At ista: Romani Da-
cianos praelio vicerunt, particularis est, ratio enim cur praedicatum non
subjecto conveniat, sive cur Romani vicerint, in ipso subjecto non com-
prehenditur.

Oppositionis nomine intelligimus duarum propositionum ejusmodi relationem, Quid, et quotu-
quam, ut altera praedicatum subjecto adjungat, altera idem praedicatum plex propor-
ab eodem subjecto removeat. Duplex vero est praecipua hac propositio- tionum oppositio?
num oppositio contradictoria videlicet, et contraria. 81.

Contradictoriae dicuntur, quarum una id ipsum negat, quod affirmat propositiones
aut altera; ita ut negativa, nec plus, nec minus neget quam contradictoriae?
ad falsitatem affirmativae requiritur. Hinc contradictoriae sunt duae 82.
propositiones, quarum una est affirmativa universalis; altera nega-
tiva particularis, ut omnis logicus disputat; aliquis logicus non
disputat. Namque ut falsum sit, omnem logicum disputare, nec
plus, nec minus requiritur, quam ut aliquis logicus non disputet.
Similiter contradictoriae sunt duae, quarum prima est negativa uni-
versalis, altera affirmativa particularis; ut nullus logicus disputat;
aliquis logicus disputat. Tertio denique contradictoriae sunt aliae
duae singulares, quarum una est affirmativa, altera negativa. ut
Cajus est pius; Cajus non est pius.

Cum id, quod universaliter de quodam subjecto affirmatur, vel ne- Quid contradi-
gatur, hoc ipso affirmatur vel negatur de quovis individuo in exten- ctio?
sione subjecti contento, inde sequitur per duas propositiones contradi- 83.
ctorias ita idem simul affirmari, aut negari, ut si utraque vera foret,
idem simul esset; at non esset. Hinc contradictio merito definitur,

affir-

affirmatio, et negatio ejusdem de eodem secundum idem; hoc est ejusdem praedicati de eodem subjecto secundum eundem respectum.

Quid propositiones contrariae? Contrariae vocantur duae propositiones universales, quarum una id universe affirmat, quod altera universe negat: ut omnis logicus disputat: nullus logicus disputat.

84. Vel, nihil sine magno vitae labore dedit mortalibus, omnia sine magno vitae labore dedit mortalibus.

Quid subcontrariae, et subalternae? Non pauci ex veteribus praeter contradictorias, et contrarias, inter propositiones oppositas admiserunt etiam subcontrarias, et subalternas. Subcontrariae porro dicuntur duae propositiones, quarum

85. altera est particularis affirmans, altera particularis negans, ut aliquis homo est justus, aliquis homo non est justus. Subcontrariae dicuntur, quia sub contrariis constitutae sunt; propositiones enim particulares sub universalibus continentur. Subalternae vocantur duae propositiones, quarum una est universalis, altera particularis, sed vel ambae affirmantes, vel ambae negantes. Ut omnis homo est justus; aliquis homo est justus. Vel nullus homo est justus, aliquis homo non est justus. Subalternae dicuntur, quia una est quasi sub altera, particularis nempe sub universali; et inde etiam universalis subalternans, particularis vero subalternata dici consuevit.

Scholion. Qui subcontrarias etiam, et subalternas propositiones inter oppositas referunt, aliter quam nos oppositionem definire solent. Docent nimirum oppositionem esse duarum propositionum idem subjectum, et praedicatum habentium diversitatem, vel quoad quantitatem, vel qualitatem, vel utramque simul. Hinc juxta ipsos, quae sola quantitate differunt, sunt subalternae, quae sola qualitate si ambae universales contrariae, quae si ambae particulares subcontrariae, quae denique

quan-

quantitate, et qualitate simul differunt contradictoriae sunt. Jam vero ex bene praepositis facile patet subcontrarias, cum diversum habent subjectum, nullo modo oppositas esse, cum vero idem habent subjectum, contradictorias ipsas evadere. Nec neque inter subalternas vera est oppositio; cum enim ambae sint vel affirmantes, vel negantes, una continetur in altera, proindeque oppositionem non sentiunt.

Caput 7.

De Ratiocinatione, et Argumentatione generatim.

Qui duas notiones cum tertia quapiam confert, et ex illa, quam ad eam habent, respectu earundem inter se nexum, quapropter colligit, is ratiocinari dicitur. Hinc ratiocinatio recte definitur, ea mentis nostrae actio, qua fit, ut ex cognita duarum idearum ad tertiam quampiam habitudine, earum inter se convenientia vel disconvenientia colligatur. Non cognoscis ex. gr. utrum idea incorruptibilitatis conveniat ideae animae humanae: assumis ideam tertiam entis simplicis, et cum hac successive comparas duas priores ideas; primo igitur deprehendis esse convenientiam inter ideam entis simplicis, et ideam incorruptibilitatis, vides deinde eandem convenientiam esse inter ideas entis simplicis, et animae humanae; visa igitur utriusque hujus ideae cum tertia assumpta convenientia, affirmas eandem quoque inter ipsas duas, et judicas: igitur anima humana est incorruptibilis. Sed ne tempus plura alia exempla afferam. Quid Ratiocinatio? 86.

Cum duas ideas inter se vel convenire vel disconvenire intelligimus ex comparatione earum cum tertia, ratiocinamur: igitur Quot ideas, et judicia

quod:

requirit? quodlibet ratiocinium tres duntaxat ideas nec plures, nec pauciores

87 admittit. et quia duae comparatio unius ideae cum altera sine judicio non fit, tria semper continebit judicia.

Scholion. Duae illae ideae, quae cum tertia conferuntur extremae dici consueverant. Tertia vero quacum extremae conferuntur media vocatur, sive quia medium inter extremas locum obtinet, sive quia illa mediante in notitiam convenientiae, vel repugnantiae aliarum duarum venimus.

Quid antecedens, consequens et consequentia. Priora judicia, quae duarum idearum cum assumpta tertia comparationem continent, simul sumpta ratiocinationis antecedens dicuntur judicium vero, quod ex illis oritur, consequens appellatur. Ipsa denique

88. connexio, qua consequens ab antecedente profluit, consequentia, sive illatio dicitur, quae est quaedam quasi ratiocinationis forma, qua enim destituta ratiocinatio vitiosa est. Tametsi enim et antecedens, et consequens verum sit, si tamen inter ea connexio desit, sive consequentia absit, ratiocinatio bona non erit. Econtra non obstante antecedentis et consequentis falsitate, legitima tamen ratiocinatio erit, modo inter antecedens et consequens ea intercedat connexio, ut cujus consequens pro vero haberi debeat ex hypothesi, quod adaequate verum est antecedens.

Coroll. Nam cum consequentia non sit propositio aliqua, ut [illegible] [illegible] putant, sed sit ipsa consequentis cum antecedente connexio, seu totius ratiocinii forma, illa in concertationibus litterariis distinguenda non est, sed vel concedenda simpliciter, vel neganda. Consequens autem cum varios sensus habere possit, atque in uno ali-

quo

quo possit esse verum, in alio falsum, frequenter distinguitur.

Consequens formaliter, sive ratione formae, verum dicitur, quoties quod consequens verum est propter antecedens, hoc est cum ex antecedente veluti effectus formaliter, et hic a sua causa profluit. Sic in hoc ratiocinio omne ens simplex est incorruptibile; anima humana est ens simplex; ergo est incorruptibilis. Si- materialiter ve- rum, vel falsum? sit consequentia, et consequens est legitimum, idest formaliter verum. 89.

Quod si consequens verum quidem est, sed non propter antecedens, ratiocinium sua forma caret, et vitiosum est; proindeque in hoc casu consequens dicitur materialiter verum, sive ratione materiae, quatenus nempe in se spectatum, ut est judicium, per accidens verum est. Ejusmodi est consequens in hoc ratiocinio: aliquis homo est Romanorum imperator: Franciscus secundus Austriacus est aliquis homo: ergo Franciscus secundus Austriacus est Romanorum imperator. Consequens denique tam formaliter, quam materialiter falsum est, cum illud neque connectitur cum antecedente, neque ut in se praecise spectatum verum est: ut. aliquis homo est eruditus: sed Cajus est homo. ergo Cajus est eruditus; si eruditione careat.

Regula dignoscendi utrum consequens sit, et legitimum?

Utrum vero facillime agnoscitur, num consequens sit formaliter simul ac materialiter verum, adeoque legitimum, si illud resolvatur in propositionem causalem, quod fit si ipsum antecedens per particulam quia conjungatur cum consequente; quod si hinc tota propositio causalis vera fuerit; consequens etiam tam formaliter, quam materialiter verum erit. Sic in superiori ratiocinio tota haec causalis vera est: anima humana est incorruptibilis, quia omne ens simplex est incorruptibile, et anima humana est ens simplex; atque ideo hoc in casu etiam consequens ratiocinii: anima 90.

ma

na humana est incorruptibilis formaliter, et materialiter verum est. In altero ratiocinio consequens formaliter falsum agnoscimus, si illud ratioci-nium ipsum resolvatur. Franciscus Idus est Romanorum Imp., quia aliquis homo est Romanorum Imp.; et Franciscus Idus est aliquis homo

Quae ratiocinii axiomata?

91.

Tria sunt axiomata, quorum in ratiociniis instituendis ratio haberi debet. Primo si duo conveniant cum uno tertio, ea quoque inter se conveniunt. Secundo: e duobus unum conveniat cum tertio alterum non, ea inter se non conveniunt. Tertio denique si ea duobus neutrum conveniat cum tertio, ea possunt inter se vel convenire, vel non convenire; ~~adeoque nihil inferri quea~~t. Quando invicem duas ideas cum tertia conferimus, tres nobis casus nec plures, nec pauciores contingere possunt; vel enim ambae ideae cum tertia conveniunt, vel una convenit, altera vero non, vel neutra convenit. In primo casu concludendum est eas quoque inter se convenire; in altero non convenire, in tertio denique eas posse vel convenire, vel non convenire, adeoque nihil inferri posse.

Corol. Quando concludimus, proprie ratiocinamur, igitur in duobus tantum primis casibus ratiocinatio est possibilis, in tertio nunquam, sed tum aliam ideam mediam requirere oportet. Cum itaque in primo casu ideae comparantur cum media inter se conveniant, ea convenientia in conclusione est affirmanda; unaque ratiocinii qualitas a qualitate conclusionis dignosci debeat; in primo casu ipsum ratiocinium affirmativum erit. In altero cadem ideae non conveniunt, adeoque in conclusione convenientia neganda est, et sic conclusio negativa erit. Igitur in altero casu ratiocinium etiam negativum erit. Hinc denique videtur, omne ratiocinium vel affirmativum, vel negativum esse [illegible]

Ex

Ex allatis axiomatis maxime sequentes leges promanant. 1ma. Ex vero an- Quae ratiocinationis leges?
tecedente non potest legitime segui falsum consequens. 2da Si consequens
legitimum falsum sit, antecedens quoque falsum sit oportet. 3tia Ex fal- 92
so antecedente non potest legitime sequi verum consequens. 4ta Si con-
sequens legitimum verum sit, antecedens quoque verum sit oportet. 5ta
Denique quidquid stare potest, aut non potest cum veritate antecedentis, sta-
re etiam potest, aut non potest cum veritate legitime consequentis,
et vicissim.

Experientia deprehendimus, ordinem cogitandi in ratiociniis formandis ita Scholion
procedere. Prius subsumimus rem aliquam, sive notionem ad genus aliquod,
vel speciem referimus; atque tum omne illud, quod de genere illo vel
specie, ad quam objectum retulimus, affirmatur, vel negatur de ipso quo-
que subjecto ad genus vel speciem relato affirmamus, vel negamus. Ita
cogitationum nostrarum ordo ita quoque instituitur. Cum in objecto notas,
vel characteres animadvertimus, qui definitionem aliquam absolvunt;
tunc objecto illi definitum convenire judicamus. E contrario cum notas
et characteres definitionem aliquam absolventes objecto alicui non inesse
observamus; tunc objecto illi ne definitum quidem convenire pronuncia-
mus. Hinc praeter allata superius axiomata, alia quoque proferri solent
et quidem ratiocinia affirmativa duobus his positionibus niti dicuntur. 1mo
Quidquid de genere, vel specie omni, praedicari potest, illud etiam praedica-
tur de quovis sub illo genere vel specie comprehenso. Item cui conve-
nit definitio, illi quoque convenit definitum. Atque his propositioni-
bus absolutis pervulgatum illud, dictum de omni, quod recte pro funda-
mento ratiociniorum affirmativorum habetur. Verum negativorum ratiociniorum,
tum

tum cogitationes nostras ad has regulas conformamus: Quidquid a toto genere, vel specie removetur, seu negatur, illud quoque de quovis sub illo genere, vel specie contento negatur. Item cui non convenit definitio, illi nec definitum convenire potest. Atque hae comprehenduntur dicto de nullo, quod ratiociniorum negativorum est fundamentum. Has illustrari possunt exemplis. Nos duo tantum ratiocinia affirmativa afferemus, ex quibus de negativis judicari poterit. Probandum est tibi, temperantiam hominem perficere. Temperantiam quod est objectum refers ad virtutem, quod est genus, cumque non dubites, quin virtus hominem perficiat, temperantiam quoque hominem perficere, sic infers: Omnis virtus perficit hominem; temperantia est virtus; ergo temperantia perficit hominem. Vel alio modo probandum est tibi per notas, et characteres, qui definitionem absolvunt, Platonem esse Philosophum. Observas imprimis Platonem peritum esse rerum divinarum, humanarum, causarumque, quibus hae res continentur. Vides deinde has esse notas Philosophi: hinc ita ratiocinaris: quicunque peritus est rerum divinarum, et humanarum &c. est Philosophus. Plato est peritus rerum divinarum &c. ergo Plato est Philosophus

Quid argumentatio? Argumentatio est oratio ad exprimendam ratiocinationem instituta,

93. sive est ipsa ratiocinatio verbis explicata.

Corol. Argumentationi igitur ea omnia applicari debent, quae de ratiocinatione dicta sunt, ut quod sit vel affirmativa, vel negativa, quod constet antecedente, consequente, et consequentiae vi et forma, quod consequens contineatur in antecedente &c: uno verbo iisdem legibus, et praeceptis innititur, quas jam de ratiocinatione agentes exposuimus

Caput

Caput 8.

De syllogismo, ejusdemque variis speciebus

Syllogismus est argumentatio, quae tria judicia totidem propositionibus enunciat. Ex. gr. Omnis virtus est laudanda, sed temperantia est virtus; ergo temperantia est laudanda. — Quid syllogismus? 94.

Materia syllogismi sunt partes, ex quibus componitur. Duplex distinguitur, alia proxima, nempe tres numero propositiones; alia remota, termini scilicet tres termini syllogismi, qui ipsi in propositionibus, itaque terminis constant. Forma syllogismi est ipsius partium, sive propositionum et terminorum dispositio, sive ipsa consequentia. — Quid materia, et forma syllogismi? 95.

Termini qui ideas in ratiocinio occurrentes exprimunt, nomina tria accipiunt. Unum dico, qui ideas duas comparandas cum media denotant, extremi; unus qui medium illam ideam, quacum reliquae comparantur, significat, medius vocatur. Extremorum unus dicitur major, ille videlicet qui in ultima propositione praedicatum agit; alter minor qui ejusdem propositionis subjectum est. Propositiones pariter, quae utramque syllogismi partem constituunt, nomina tria esse possunt variamque sortiuntur nominationem. Ea in qua terminus major cum medio termino consociatur, major, vel propositio sive assumptio dicitur, ea in qua terminus minor cum termino medio conjungitur, minor, vel assumptio vocatur, utraque simul praemissae; ea denique in qua duo termini extremi inter se copulantur, consequens, vel conclusio, vel complexio dici solet. — Quomodo vocari solent termini, et propositiones syllogismi? 96.

Si quaeras, cur praedicatum conclusionis major terminus dicatur, subjec- — Subjectum.
tum vero terminus minor, ratio est, quia praedicatum fere majorem, subjectum vero minorem extensionem habet. Medius terminus autem cogno-

mine

mine appellatur, quia eo quasi medio subjectum, et praedicatum conclusionis inter se conjunguntur [illegible]

Modus inveniendi terminos in syllogismo [2]

97. Medium terminum in syllogismo facile deprehendes, si dispicias, quinam terminorum in utraque praemissa contineatur. Cum enim uterque extremus cum medio sit conferendus, unus major in minore alter, patet nullum terminum posse bis poni in praemissis, praeter medium. Exempli sit syllogismus iste: Omnis virtus est laudanda; sed temperantia est virtus; ergo temperantia est laudanda. Virtus quae in utraque praemissa continetur, medium terminum efficit; extremorum major est verbum laudanda, quod in conclusione praedicatum agit, minor est temperantia, quae subjectum gerit. Prima propositio est major, quia in ea terminus major cum medio termino comparatur; altera est minor, quia in ea minor terminus cum medio confertur.

Scholion

Id illud etiam tironem ignorare non oportet: etsi propositio major in sensu stricto ea sit, quae in se majorem terminum continet, jam sere tamen usus obtinuit, ut semper sine attentione ad terminum majorem primam in syllogismo propositionem majorem vocitemus, etiamsi quandoque majora minor sit; idque ideo quia potissimum aliis ob majorem cum naturali nostro cogitandi modo convenientiam [illegible] primo loco ponitur.

Quid simplex syllogismus [1]

98. Syllogismus dividitur in simplicem, et compositum. Simplex dicitur cum ejus propositiones omnes simplices sunt, compositus autem, quando una, vel utraque propositio composita est. Simplex porro alius dicitur de termino communi, cujus saltem una praemissarum est propositio universalis, aut huic aequivalens, ut in hoc exemplo: omnis virtus est laudanda;

Secundo alius est expositorius, qui scilicet medium terminum habet singularem; ut iste: Cicero est princeps Oratorum; sed Cicero est Romanus; ergo aliquis Romanus est princeps Oratorum. Si Deus existit, est colendus; sed existit; ergo est colendus. Cicero est medius terminus singularis. Nunc praecipuas syllogismi simplicis leges ob oculos ponimus, de composito postea agemus.

Recentiores unicam generalissimam legem admittere solent, quam in omni syllogismo simplici dijudicando sufficere arbitrantur. Quatenus nempe una praemissarum conclusionem continet et altera contentam declarat, totus syllogismus legitimus habendus est. Legis hujus ratio est, quod cum conclusio ex praemissis velut effectus e sua causa colligatur, necesse profecto est, ut una praemissarum conclusionem semper in se contineat; cum quae illa non aperte contineat, necessaria enim conclusionis a praemissis diversa non esset, hinc altera praemissarum comprehensionem illam indicare debet. Ut autem cognoscatur, quaenam ex praemissis conclusionem contineat, et quaenam contentam indicet, has duas regulas tradere solent, quarum prima valet pro syllogismis affirmativis, atque ut in iis propositio universalior habeatur pro continente (ea enim appellatur propositio quae conclusionem continet), ea vero pro exponente (ea vocatur quae comprehensionem declarat) quae minorem habet extensionem. Regula altera est pro syllogismis negativis, et praecipit, ut praemissa negans semper sit continens, affirmans vero semper sit declarans. Legem declaremus exemplis. Sit hic syllogismus iste: Omnis virtus est laude digna: sed

Quae Recentiorum lex pro syllogismo simplici dijudicando? 99.

temp

temperantia est virtus: ergo temperantia est laude digna. Major propositio est continens; qui enim ait, omnem virtutem esse laude dignam, implicite affirmat etiam temperantiam esse laude dignam. Atque major conclusionem continet. Minor manifestat conclusionem in continente includi; asserit enim temperantiam esse virtutem. Quare legitimus est syllogismus. Non ita recte concludit alter hic syllogismus. Evangelium salutem spondet Christianis: quidam impii sunt Christiani: ergo Evangelium salutem spondet quibusdam impiis. Quamvis enim ea natura videatur, conclusionem in majori contineri, non continetur tamen; cum Evangelium non omnibus Christianis, sed iis duntaxat salutem spondeat, qui mandata Domini servant, quod impii non faciunt. Eadem ratione non concludit hic alter. Omnis homo est animal: equus non est homo: ergo equus non est animal. Cum enim negativus sit syllogismus, conclusio in propositione negativa contineri deberet, cum tamen non continetur.

Quae veterum leges? 100. Istae sunt generales syllogismorum leges a veteribus traditae, quaeque versibus tribuuntur. Memoriae juvandae gratia hoc octo carminibus vetustate conditis continentur.

Terminus esto triplex, major mediusque, minorque.
Latius hos, quam praemissae, conclusio non vult.
Tertia [illegible] esto: medius concludere nescit.
Aut semel aut iterum medius generaliter esto.
Nil sequitur geminis ex particularibus unquam.
Utraque si praemissa neget, nihil inde sequetur.
Ambae affirmantes nequeunt generare negantem.
Pejorem semper sequitur conclusio partem.

Sed

Sed unamquamque harum jam nobis seorsim est exponendum.

I. Prima itaque syllogismi lex est, ut non nisi tres diversos terminos contineat, duos extremos, et medium. Siquidem enim syllogismus est ratiocinium, ratiocinium autem tribus dumtaxat constat ideis absolutis, quas totidem termini exprimuntur; proindeque syllogismus actum non nisi tribus terminis constare potest. Deinde in praemissis nihil aliud fit, quam quod, jam unus, jam alter extremus cum medio termino comparatur; in conclusione autem conjunctim extremorum unus de altero affirmatur, vel negatur, qui in praemissis cum medio collati fuerunt, ergo neque in praemissis, neque in conclusione novus aliquis quartus terminus irrepere potest. Hinc contra legem hanc peccatur primo, si clare quartus termini diversi adhibeantur. Ut si dicas: Omnis homo est animal: atqui omnis Angelus est spiritus: ergo omnis angelus est animal. In eo quippe sunt quatuor termini diversi, nempe homo, animal, Angelus, spiritus. Peccatur secundo si terminus quispiam significationem mutat, est enim in eo casu aequivalenter quadruplex. Ejusmodi est syllogismus ille apud Senecam: mus est syllaba: mus autem caseum rodit: ergo syllaba caseum rodit. Concludit tamen syllogismus, si in illo plures quam tres adhibeantur voces, quae sint synonyma; vel illius termini licet valde complexi, non tamen plures, quam tres sint. Utrumque casum exemplar nobis suppeditat Cicero, et recte concludit. Qui in morbo sunt sani non sunt. Omnium insipientium animi in morbo sunt. Omnes insipientes igitur insaniunt. Ut enim vides insanire, et sanum non esse synonyma hic sunt, sic in hoc altero. Si quis alteri insidias fecit, jure occiditur. Clodius est is, qui insidias fecit Miloni: igitur

Clo-

Clodius jure occisus est a Milone. Denique contra legem hanc peccant etiam syllogismi, in quibus fit suppositionis mutatio: ut si dicas: homo est species, sed Petrus est homo: ergo Petrus est species. In majore enim homo supponit simpliciter, in minori vero personaliter; atque adeo duos diversos terminos efficit.

Lex 2da exigit, ut nullus terminus extremus in conclusione latius, et universalius sumatur, quam in praemissis. Namque eorum alterutro latius porrigeretur, novam ideam, quae in praemissis non fuit exhibita, atque adeo novum terminum constitueret, unde contra legem plures quam tres termini haberentur. Ex hoc fonte nascitur hujus syllogismi vitium. Qui acie Pharsalica conflixit cum Caesare, in Aegypto periit; sed quidam Romanorum dux acie Pharsalica conflixit cum Caesare: omnis igitur Romanorum dux in Aegypto periit. Vel hoc aliud: omnis homo est animal: sed omnis homo est rationalis: ergo omne animal est rationale. Cum enim majoris sensus sit iste; omnis homo est aliquod animal, extremus terminus animal in conclusione latius porrigitur, quam in praemissis; sic igitur est inferendum: ergo aliquod animal est rationale. [illegible] 2.

Tertia lex est ut medius terminus neque ex toto, neque ex parte conclusionem ingrediatur. Cum enim in conclusione termini extremi inter se conjungendi sint; termino medio locus non est; siquidem unaquaeque propositio propter copulam non nisi duos terminos subjectum videlicet, et praedicatum admittit. Quare male sic argumentaris: omnis homo est mortalis; sed omne mortale est animal: ergo omne mortale est animal homo; nam medius 3.

ter-

terminus *mortale* in conclusionem irrepsit. Male quoque ar-
guis in hoc modum *Omnis bonus miles est homo*. *Hannibal* est
bonus miles *ergo* *Hannibal est* bonus *homo*. namque medius ter-
minus non partim conclusionem ingreditur.

2.

3.

Ternio 4tus.
pma.

4.

S.

Sequitur caput 8.

4. Medius terminus in alterutra saltem praemissarum distribui debet, idest universaliter accipi, nisi enim id fiat medius terminus mutare posset sensum, et aequivalere duobus terminis, quod est contra primam regulam. Nam si medius terminus in utraque praemissa particulariter accipiatur, in utraque adstringitur ad eam sensus partem, quam propositio admittit alter extremus, qui cum in ea propositione conjungitur, cum igitur duo extremi inter se sint diversi, diversa quoque in termino medio significata, certe necesse est. Hinc legitima non fuit hic conclusio. Omnis homo est sanguine praeditus; leo est sanguine praeditus: ergo leo est homo. Sic vitiosus est etiam syllogismus iste: aliquis homo est pius: aliquis homo est latro. ergo aliquis pius est latro. Denique vitiosus est etiam iste: Omnes Apostoli erant numero duodecim; sed Petrus erat Apostolus: ergo Petrus erat numero duodecim. Cum medius terminus in majori supponat collective, non complete distributive; in minori vero disjunctive ex natura praemissae affirmatione sequitur implicite affirmari, quod Petrus fuerit numero duodecim, in legem tamen hanc non peccat syllogismus expositorius, in quo medius terminus est singularis, qui quidem terminus cum determinatum semper individuum denotet, omne aequivocationis periculum procul abest. Inde hic argumentor. Plato fuit discipulus Socratis. sed Plato fundavit sectam Academicam. ergo aliquis discipulus Socratis fundavit sectam Academicam.

5. Si praemissae ambae particulares sint, nulla ex illis legitima conclusio deducitur. Si enim primo ambae praemissae affirmativae sint, tunc medius terminus bis particulariter sumitur, proindeque syllogismus peccat contra regulam quartam, et nihil concludit, ut iste: aliquis homo est loquax: ali-

quis

[illegible]

quis homo est mortuus; ergo aliquis loquens est mortuus. Si vero 4.
praemissarum una sit negans, in eaque medius terminus sit
subjectum, vitiosus denique idem in utraque praemissarum particularis erit,
ut si dicas: aliqua ira est laudabilis; aliqua ira non est ap-
probanda; ergo aliquid laudabile non est approbandum. Quod
si autem medius terminus praedicatum agat, sumatur is qui-
dem universaliter; sed tamen in praemissis ambo extremi parti- 7.
culariter sumantur; in conclusione vero propositione negativa e-
rit, eorum unus, praedicatum nempe communiter sumetur, a-
deoque latius quam in praemissis, quod est contra legem sex-
tam male arguens: Quidam impius non fuit Philosophus: qui-
dam Atheus fuit Philosophus: ergo quidam Atheus non fuit
impius. Excipiuntur ab hac lege duae propositiones singulares u- 8.
num tamen solum, quando ipsa terminus singularis agit termi-
num medium. Sic bene concludis Cicero fuit princeps Eloquen-
tiae; sed Cicero fuit consul Romanus: ergo quidam Consul Roma-
nus fuit princeps Eloquentiae. Non vero si dicas: Plato fuit disci-
pulus Socratis; sed etiam Xenophon fuit discipulus Socratis: ergo
Plato fuit Xenophon.

Ambae praemissae non sint negativae; tunc enim neuter extre- 6.
mus conveniret cum medio; adeoque nihil concludi posset. Hinc
nulla est consecutio si dicam: verbera nulli placent: munera
non sunt verbera: ergo munera nulli placent. Fieri, ut etiam
syllogismi quandoque videantur ex nihil negantibus constare, id-
que contra legem hanc ~~[illegible]~~ peccare, qui tamen vitiosi

non

non est, et unam saltem praemissam affirmativam habet: ut ille qui hunc concludit: omne quod non est corporeum non est corruptibile: sed animus noster non est corporeus; ergo animus noster non est corruptibilis. aequivalet enim huic: omne incorporeum non est corruptibile, animus noster est incorporeus; ergo animus noster non est corruptibilis. [illegible]

7. Si utraque praemissa sit affirmativa; conclusio negativa esse non potest: ubi enim duae praemissae sunt affirmantes, tunc duo termini cum tertio uno medio conveniunt; concludi igitur non potest eos inter se dissentire, sive conclusio negans deduci non potest. Hinc peccat iste syllogismus. omne bonum est amandum: atqui vitium est bonum; ergo vitium non est amandum.

8. Ea denique natura exigit, ut conclusio partem sequatur debiliorem. Hoc est si praemissarum altera vel negans fuerit, vel particularis; negans quoque, vel particularis etiam erit conclusio. Primum patet ex axiomate; si ex duobus unum conveniat cum uno tertio, alterum non, ea inter se non conveniunt. Hinc peccat syllogismus iste: nullum animal est planta: atqui omnis homo est animal. ergo omnis homo est planta. Sic enim potius concludi debet: ergo nullus homo est planta. Sed alterum etiam facile demonstratur. Sit enim primo utraque praemissa affirmativa, cum una ex iis ponatur esse particularis, uterque terminus extremus in his praemissis particularis erit; nam hos ostendit particulare, et unicus universalis, idest subjectum praemissae universalis, qui est medius terminus. Igitur in hoc casu uterque extremus in praemissis particularibus manet, ideoque conclusio particu-

laris

tius esse debet ne in illa terminus minor idest subjectum latius pateat quam in praemissis. Hinc non recte syllogismus iste concludit: omnis virtus est honesta; sed aliqua ira est virtus; ergo omnis ira est honesta. Quod si una praemissarum negativa sit, cum verum una semper esse particularis, duo tantum termini in his praemissis universales erunt, namque si universalis sit negativa, hujus negativae subjectum, et praedicatum, si vero universalis sit affirmativa, subjectum affirmativae, et praedicatum negativae, inter quos alterum semel debet esse terminus medius, per legem septimam altero vero universalis poterit esse unus ex extremis; proinde unus certe extremorum in praemissis erit particularis. Jam vero cum in hoc casu conclusio negativa fieri debeat, si ea fiat universalis, tunc uterque terminus extremus in ejusmodi conclusione universaliter sumeretur, quod est contra legem sextam. Quare vitiosi sunt duo isti syllogismi: omnis virtus est honesta; aliqua ira non est virtus; ergo nulla ira est honesta. Vel nulla virtus est fugienda; sed aliqua ira est virtus; ergo nulla ira est fugienda. Quare in primo esse inferendum est: ergo aliqua ira non est honesta; in altero autem: ergo aliqua ira non est fugienda.

Quid syllogismus compositus? 101 — Syllogismus compositus is est, ut supra diximus, vel utramque, vel alterutram praemissam compositam habet, quatenus hic attentionem meretur, est triplex, vel scilicet conditionalis, vel copulativus, vel disjunctivus. De his modo ordine agemus.

Quid conditionalis? 102. — Conditionalis, sive hypotheticus hic tunc dicitur ille, cujus major est propositio conditionalis ac ratione distributa, ubi una altera pars mino-

rem

nem constituat, altera in conclusione deducatur. ex. gr. Si mundus providentia regitur, Deus est: sed mundus providentia regitur, ergo Deus est. Vel cum Tullio. Si oportet regere, dare operam Philosophiae convenit; oportet autem regere, igitur dare operam Philosophiae convenit.

Syllogismus conditionalis [illegible] hac lege ordinatur, affirmata conditione affirmatur quoque conditionatum, et negato conditionato, negatur conditio. Quae ejus lex? 103.

Cum enim in conditione contineatur ratio, cur verum sit conditionatum, quandiu ratio subsistit, veritas quoque conditionati subsistere debet, at ab opposito veritas conditionati non datur, neque ejus ratio in conditione dari poterit. Exemplum prioris partis hujus legis est. Si nummos habeo, habeo et amicos: sed nummos habeo: igitur et amicos. Exemplum alterius partis Si nummos habeo, et amicos habeo, amicos non habeo, ergo neque nummos.

Eadem ratio, cur conditionatum possit esse verum, illa sit, quae in conditione exprimitur, vana erit conclusio [illegible], quae negata conditione negatur conditionatum, vel affirmato conditionato affirmatur conditio. Ut si dicas: Si otium virtus est, est honestum. sed otium non est virtus ergo otium non est honestum. Vel: Si anima est ens simplex, est partium expers; sed est partium expers: ergo est ens simplex. Contra vero si propter aliam, quam conditio continet, aliam [illegible] rationem, conditionatum verum esse possit, conclusio hoc modo absolute falsa erit, ut si inferas hoc modo: Si Cajus homicida est, est improbus, sed Cajus non est homicida: ergo non est improbus, vel; sed est improbus, ergo est homicida. Sed ex hac ipsa diversitate jam satis constat, quomodo conclusiones, quando verae sunt, veritatem debeant ratione materiae, non ratione formae, atque adeo hunc Syllogismi hypothetici conditionalis modum pro generali lege non

ha-

stabiri non posse, hoc enim a qua formalis ratiocinii virtus pendet, pro omni absolute materia valere debet.

Scholion. Inter syllogismos compositos recensari debet etiam syllogismus consecutionis, cujus in erudito sermone frequens est usus. Ille porro dicitur, cujus alterutra praemissa propositione consequente constat, ut si dicas: ideo quis proficit, quia studet: hic studet; ergo proficit. Quoniam vero haec syllogismorum species ad conditionales facile reducitur, ex syllogismi conditionalis legibus est dijudicanda. Eo demum quo pacto illatus syllogismus conditionalis evadit: si quis studet, proficit; hic studet; ergo proficit.

Quid copulativus? 104. Syllogismus copulativus, sive conjunctivus est ille, cujus major est propositio copulativa, ac simul negans tali lege distributa, ut una illius pars affirmata in minore, altera in conclusione negetur. Ut si dicas: Nemo potest studere et voluptati et sapientiae: impii voluptati student: ergo impii non student sapientiae.

Quae ejus lex? 105. Syllogismus copulativus hanc sequitur legem: affirmato membro quocumque reliqua negantur. Cum enim membra copulativae negantis simul esse vera quaecum inter se pugnant, hoc ipso, quod unum affirmatur, ponitur esse verum, reliqua neganda esse debent. Ut: Nemo potest servire Deo, et mundo. impii mundo serviunt: non igitur Deo.

Scholion. Si membra copulativae ita inter se pugnant, ut nec falsa simul esse possint, etiam negato uno, reliqua cum veritate affirmantur. Ut: non potest aliquod corpus simul moveri, et quiescere: sed hoc corpus non movetur: ergo quiescit. Sed haec conclusio ver:

um

-es tantum materialiter vera erit; cum id universum non obtineat: nam si omnia membra sunt absurda, adeoque falsa esse possint, consequens negationem hanc quamquam vera materialiter dicatur, ut si dicas: Nemo potest simul esse Viennae et Parisiis. sed Petrus non est Viennae; ergo Petrus est Parisiis. Quod falsum est, si sit alibi, verbi gratia.

Syllogismus disjunctivus est ille, cujus major est propositio completa disjunctiva ita distributa, ut una alterave pars affirmetur vel negetur in minore, altera vicissim rejiciatur, vel concedatur in conclusione. Exemplum suppeditat Tullius: aut metuamus Carthaginienses oportet, si incolumes eos relinquimus, aut eorum urbem diruamus: at metuere quidem non oportet. restat igitur ut urbem diruamus. — Quid disjunctivus? 106.

Syllogismus disjunctivus hac lege dirigitur: affirmato membro uno quocumque, aut pluribus reliqua negantur; et negato uno aut pluribus, reliqua affirmantur. Membra namque disjunctionis completae nec simul vera, nec simul falsa esse possunt. Sic vel anima humana perit cum corpore, vel post mortem corporis manet superstes; sed anima humana non perit cum corpore, ergo post mortem corporis remanet superstes. Item: Vienna vel est sita in Europa, vel in Asia, vel in Africa vel in America; sed Vienna est sita in Europa; ergo neque in Asia, neque in Africa, neque in America. Quod si plura sint membra, uno removendo, reliqua disjunctiva ponenda erunt, ut si dicas: sed Vienna non est in Asia; ergo vel in Europa, vel in Africa, vel in America. — Quae ejus lex? 107.

011

Caput quintum

De reliquis argumentationis speciebus

Quid Enthymema? 108. Enthymema est syllogismus truncatus, cujus videlicet una propositio in mente retinetur, propterea quod a quovis facile intelligi potest, ac suppleri; ut cum dico: Petrus est homo, ergo est animal: retinetur haec propositio: omnis homo est animal. Vel cum dico: anima humana est ens simplex: ergo est incorruptibilis. Retinetur propositio: omne ens simplex est incorruptibile. Prior Enthymematis pars antecedens, altera consequens dicitur.

Quid Epichirema? 109. Epichirema nuncupatur syllogismus, cujus uni alterive, vel utrique praemissarum sua statim ratio adjungitur: ut: omne ens simplex est incorruptibile; non enim habet partes, in quas solvi possit: sed anima humana est ens simplex; nam impossibile est, ut ens compositum cogitet: ergo anima humana est incorruptibilis.

Quid Dilemma? 110. Dilemma est argumentatio, cujus antecedens duo membra disjuncta ita continet, ut e singulis aliquid contra adversarium concludatur. Solet etiam syllogismus cornutus appellari. Elegans est illud S. Augustini: Vel fides catholica est propagata cum miraculis vel sine miraculis. Si primum: ergo vera est fides catholica utpote miraculis confirmata: si alterum: ergo hoc ipsum fuit maximum miraculum. Celebre est etiam illud Tertulliani in apologia pro christianis adversus Trajani imperatoris decretum: vel nocentes sunt Christiani, vel innocentes. Si nocentes, cur inquirendos? Si innocen-

tes,

[illegible], aut Dilemma [illegible]?

2do Dilemmatis lex est, ut disjunctio sit completa: [illegible] Quae ejus leges?
tum omnia simul falsa esse possent adversarius negando antecedens III.
vim argumenti eluderet. Sic male arguit Tullius, mortem non esse ti-
mendam ex eo, quod animus, vel pereat cum corpore, vel post mortem
aeternum beatus sit futurus. Disjunctio enim [illegible]
non est completa. Potest namque etiam animus post mortem esse per-
petuo infelix, ac miserum [illegible]

3tio est, ut id, quod infertur, ex utroque membro legitime profluat;
secus adversarius negando consequentiam eludetur. Si sic arguas. Vel
anima humana perit cum corpore, vel post mortem durat super-
stes: si perit, mors non est timenda, cum nihil sentiat amplius; si
manet superstes, mors itidem non est timenda, cum sit beata fu-
tura. Utraque illatio negari potest; negatur enim in prima hypothe-
si, quod anima pereat cum corpore, negatur etiam in ea quod manens
superstes, sequitur mortem non esse timendam, cum ipsa [illegible]
gravissimi dolores quam intenditur [illegible] possunt; in altero ae-
terna miseria mortem sequi.

4to Dilemmatis lex est, quod Dilemma non sit reciprocum, ne- IV.
ut in argumentum ipsum retorqueri non possit. Sic quispiam proba-
re voluit munus in Republica suscipiendum non esse hoc Dilem-
mate: Vel bene, vel male administrabis munus susceptum. Si bene,
offendes homines: si male, Deum. Sed vide quam retorqueri possit:
Vel bene, vel male administrabis munus susceptum: si bene, placabis
Deo: si male, hominibus. Sic retorquendum est pervulgatum illud Pro-

ta

tagoras contra Euathlum Discipulum in jus vocatum, quem referente Aulo Gellio ea lege Protagoras instituendum susceperat, ut ali-
111 quam primo judicio partem litis dimidiam solveret cum primam causam vicisset. Vel pro me, inquit, pronunciabunt judices, vel pro te: si pro me mercedem solvas ex sententia judicum: si pro te eam solvas ex pacto. At Discipulus, qui ne unam solvendam mercedem conjectaverat nullis causis patrocinium suscipiebat, in jus tandem vocatus sic ingeniose respondit: Vel pro me pronunciabunt judices, vel pro te. Si pro me nihil solvam ex sententia judicum; si pro te nihil solvam ex pacto.

Quid Prosyllogismus?
112. Prosyllogismus est argumentatio, quae constat quinque propositionibus, quae duos syllogismos complectuntur ita dispositos, ut prioris conclusio sit una ex praemissis posterioris. En tibi exemplum. Quod non habet partes pati nequit partium dissolutionem: atqui substantia spiritualis non habet partes: ergo substantia spiritualis partium dissolutionem pati nequit: sed mens humana est substantia spiritualis: ergo mens humana partium dissolutionem pati nequit.

Quid Sorites?
113. Sorites est argumentatio, in qua plures propositiones ita connectuntur, ut praedicatum praecedentis semper fiat subjectum sequentis, donec formetur conclusio, in qua subjectum primae conjungitur cum praedicato ultimae. Ex. gr. Qui avarus est multa cupit: qui multa cupit inquietus est: qui inquietus est miser est: ergo qui avarus est miser est. Vel: Quodlibet corpus est in aliquo loco; quod est in aliquo loco potest etiam esse in alio loco; quod potest esse in alio loco, potest mutare locum; quod potest mutare locum est mobile: ergo quodlibet

cor:

corpus est mobile. In textu ut facile patet plures syllogismi truncati latent, in quos resolvi potest, imo in tot quot sunt praemissae, una minima dempta. Sic ex. gr. argumentum sorites resolvi potest. Qui multa cupit inquietus est: sed avarus multa cupit: ergo avarus inquietus est. Qui inquietus est miser est; sed avarus inquietus est. ergo avarus miser est.

Inductio est argumentatio in qua, quod de singulis, sive generibus, sive speciebus, sive individuis, affirmatum vel negatum est, universim de toto genere, aut specie concluditur: ut si dicas aurum, argentum, cuprum, plumbum, ferrum, stannum, plastinum igne ingesto liquefiunt. ergo omne metallum igni injectum liquescit. Vel. Infans, puer, adolescens, vir, senex omnes subjecti sunt vitiis: ergo nulla hominum aetas a vitiis exempta est. Inductio porro completa est, sive perfecta si omnia individua, aut species, aut genera subjecta enumerentur: incompleta vero, sive imperfecta, si quaedam omittantur.

Quid inductio, et quotuplex? 114.

Inductio completa robur habet maximum, cum fieri simpliciter nequeat ut id quod singulis individuis, aut speciebus competit; integrae speciei, aut generi, quod ea sub sua extensione complectitur non conveniat. Minus firmiter concludit incompleta, magnam tamen si rite adhibeatur vim obtinet, saepeque ita persuasio consistit, ut non nisi imprudenter de veritate per ejusmodi inductionem stabilita dubitari possit. Incompleta dicitur etiam argumentum ab analogia, eaque Physici perpetuum utuntur in investigandis corporum proprietatibus, ac universalibus naturae legibus, cujusmodi sunt extensio, mobilitas, impenetrabilitas &c.

in notion

Qua

Quae Inductionis leges?

115. Non nullae itaque sunt leges ad legitimam inductionis rationem pertinentes, quas hic juvat commemorare. Primum quia est, quod in universum generales ejusdem naturae legis per inductionem probanda sit, necesse est, ut ea in omnibus omnino casibus, qui in examen vocari possunt, iisque numero non paucis obtinere deprehendatur. Sic Physici cum in omnibus corporibus, quae sub sensus cadunt, deprehenderint, unum ab altero loco excludi, hanc proprietatem, quam impenetrabilitatem vocant, omnibus omnino corporibus attribuunt. Neque obest, quod quibusdam in casibus aliter contingere videatur, ut dum aqua in spongiam, oleum in marmor penetrare videtur, modo ea accuratius perspecta iidem casus cum eadem lege conciliari possint.

Lex 2da. Si quaepiam proprietas absoluta, quae videlicet nullum ad sensus nostros respectum habet, universim in majoribus ac sensibilibus corporum massis deprehenditur, ea quoque insensibilibus etiam cuique exiguis corpusculis attribui debet, ubi tamen manifesta ratio obstat. Quod enim corpora minora sensus nostros effugiunt, non eorum alteram, id non dimensionem, naturam mutare, sed hebetibus sensibus nostris adscribendum est. Sic ex eo, quod omnia corpora gravia, et impenetrabilia sint, gravitatem et impenetrabilitatem minimis, et insensibilibus etiam corpusculis competere concludendum est. [illegible]

Lex 3tia. Proprietas respectiva, quae nempe solum comparate ad sensus nostros talis est, a majoribus corporum massis ad minima corpuscula transferri non debet; sic inferri non potest minima corpuscula esse sensibilia, colorata etc. ex eo, quod id in majoribus massis de-

de-

deprehenditur.

Quarta denique haec in eo sita est, quod proprietas, quae vi compositionis ratione totius, aut compositionis convenit a toto ad partes, a composito a simplicibus transferri non potest. Sic omni toti competit partes habere; sed non propterea quaelibet pars suas rursum partes habere dicenda. Idem dic de extenso, quod partes habet extra partes positas, sed non propterea in quavis extensi parte rursus plura diversa esse debent, prout numerus ... aliud positum sit.

Caput 10.

De variis Sophismatum speciebus.

Sophisma, seu Paralogismus, est argumentatio, quae veri speciem prae se ferens, revera vitio laborat, et deceptoria est. Ex. gr. Quod non perdidisti habes; sed non perdidisti centum aureos: ergo habes. Quid sophisma? 116.

Vel illud quod Diogeni Cynico a discipulis ut fertur objectum fuit. Tu non es quod ego sum: ego sum homo: igitur tu non es homo. In his Sophismatis agere solet Logica, non aliter, ac de venenis medicina, ut scilicet fallaciae quaelibet a Logico detegi, ac declinari facile possint.

Sophistae nomen initio honorificum erat; Sophistes enim, seu sapiens a sapientia, quam profitebatur, originem habuit; at Sophistarum vitio qui passim hominibus argutis ratiociniis illudere solebant, factum est, ut despectui essent, ac Sophismatum nomen argumentationes illae venerunt, quae ad speciem tantum legitimae, revera autem fallaces, ac deceptoriae essent. Scholion.

Inter Sophismata alia sunt, quae ad intellectum, et alia quae ad voluntatem magis pertinere videntur. Quae ad voluntatem pertinent, Quotuplex Sophisma?

sunt

117. suam in ipsius voluntatis affectibus quasi sedem habent: si-
cut enim ex cupiditatibus falsa judicia, ita et falsa ratiocinia
frequentissime derivantur. Cupiditates porro, ex quibus fallaciæ
ratiocinationibus, sunt fere ambitio, quæ nihil praestantius esse pu-
tarum judicat quam aliis dominari, quo falso principio captis om-
nia juxta videntur ambitiosis, ut ... dignitates ...
sunt. Avaritia, quæ cum felicitatem in divitiis constituat eas omni
studio sibi quaerendas esse falso judicat. Voluptas, quæ felicitatem
in summis delectationibus sitam esse arbitratur. Caecus amor qui
in objecto suo nihil sibi deprehendit, ex quo fit ut amator quidquid
cat, non quod verum dicendum est. Odium denique, quod in ob-
jecto suo nihil nisi vitia percipit. Satis haec voluntatis praejudicia
commemorasse sufficiat; illud tantum monemus, nos recte ratiocina-
ri non posse, nisi a malesuadis nostris cupiditatibus sapienter ca-
veamus. Jam vero sophismata, quæ ad intellectum pertinent, ac-
curatius sunt recensenda, quae ad sequentia haec capita reducun-
tur. [illegible]

Sophismata quae intellectum spectant. Prima itaque fallacia, quæ ad intellectum pertinet, atque in
disputationibus tum privatis tum publicis frequentissima est, est
ignoratio, ut ajunt, elenchi, seu argumenti, de quo tractatur, quando
118 de [illegible] aliud probatur, quam quod fuit in quæstione propositum.
Id porro inde potissimum oritur, quod res ipsa, de qua agitur, non sa-
tis perspecta sit, neque uno modo accipiatur.

Altera est petitio principii, cum nempe idipsum quod in quae-
stionem venit, tanquam certum assumitur, ut si quis [illegible] ex

gr.

qui solent quiescere ex eo, quod non movetur; idem est quod potissimum in quaestione positum est, altera non movetur. Oppositionem principii vocatur etiam circulus vitiosus, qui in eo consistit, quod aliqua propositio probatur per aliam, quam ipsa probat, ut si quis in eadem quaestione, et contra eosdem adversarios disputans probaret Deum esse ens necessarium, quia est aeternus, et vicissim Deum esse aeternum, quia est ens necessarium.

Tertia est non causa pro causa, cum scilicet causae loco affirmatur, quod nullo modo causae rationem habet. ut cum astris planetarumque aspectibus tribuuntur causae sterilitatis, et fertilitatis; cum multa hominum inclinationes ex certo quorundam siderum influxu, velut ex fato derivantur. Et quidem saepe, ut imperitiam nostram celemus, imaginarias causas, quae verae non sunt assignare solemus

Quarta est enumeratio imperfecta, cum ex uno et altero aliquid universale colligitur. Sic ex eo quod nonnulla sunt nobis ignota, concludunt Academici, nihil a nobis certo cognosci. Si quis scierit aut [illegible] inde universum concludit, [illegible] in quotidiana vita non immerito incidimus hujusmodi paralogismi.

Quinta dicitur fallacia accidentis, quando nempe rei cuipiam simpliciter, et absolute tribuimus quod ei per accidens tantum convenit. Ergo ffere ut fallo latentem non nosti. nec hoc ... pallio tectus frater tuus ergo fratrem tuum non nosti. Sic multi medicinam aliquam, aut disciplinam criminari solent, quia in [illegible] quosdam nullam illam detorquent. Sophismatis hujus species maxima in usu est, et arceantoribus

hujus

hæreticis potissimum contrarias etiam multissimas adhibetur. Ex. gr. Sanctorum invocationem, sacrarum Reliquiarum venerationem; preces pro defunctis; quia in ista omnia non nulli irrepserunt abusus

Sexta fallacia compositionis vocatur; quando nimirum fit transitus a sensu diviso ad sensum compositum, hoc est cum ea conjunguntur, quae ut vera sint dividi nunc debent. Ex. gr. Qui nulla necessitate retinetur a deambulando, potest deambulare; sed ego tametsi stans nulla necessitate retineor a deambulando: ergo ego tametsi stans deambulare possum. Sine ergo sensus conclusionis sit, quod possim simul stare et deambulare. Hic scilicet in syllogismo terminus potest deambulare in majori manifeste pro sensu diviso stando; in conclusione pro sensu composito, ac proinde duos diversos terminos constituit. Vel sic dicas. Unum, et duo sunt par, et impar: sed tria sunt unum, et duo: ergo tria sunt par, et impar.

Septima est fallacia divisionis, quae est priori opposita in ea qua fit transitus a sensu composito ad sensum divisum hoc est res illae separantur, quae ut verae sint conjungi nunc debent. Ex. gr. Apostoli Jesu Christi fuerunt duodecim pauperes formaliter; sed Petrus, et Andreas fuerunt Apostoli Jesu Christi: ergo Petrus, et Andreas fuerunt duodecim pauperes formaliter. Petrus scilicet et Andreas ab aliis Apostolis separantur, cum tamen separari non debeant, ut sint numero duodecim. Vel: pes magnus est, ut quis videns ambulet; sed ego video, ergo [illegible] ergo pes magnus est, ut ego videns ambulem pes magnus est, ut ego ambulem, [illegible] terminus [illegible] in conclusione falsus [illegible]

Octava vocatur transitus a dicto secundum quid ad dictum simpli-

simpliciter, quod quidem tunc evenit, quando ex eo quod sub certo solum respectu verum est, conclusio generalis, et absoluta infertur. Quomodi sophismatis genere ratiocinium istud laborat: multae fabulae apud eos qui Romanam historiam scripserunt; ergo nulla Romanis historicis fides habenda est. Quamvis enim in historiam illam mendacia quaedam irrepserint, falsum tamen est historiam omnem fictam esse.

Nona fallacia est, quando fit transitus de genere ad genus, cum scilicet ad generis alicujus rem probandam alterius generis argumentum assumitur; ut si ad rem probandam, quae naturalis est ordinis, mysterium aliquod adhibeatur quod est ordinis supernaturalis. Vel si dicas cum Epicureis: Dii habent quidquid perfectius est; ergo habent humanam figuram, quae est omnium perfectissima.

Decima denique est fallacia aequivocationis, et amphibologiae, quae quatuor terminos in syllogismum inducit. Ut ex. gr. Omnis leo est rugiens; sed constellatio est leo; ergo talis constellatio est rugiens. In majori enim leo significat certum animal, in minori certam siderum collectionem, quare duobus diversis terminis aequivalet.

Hae sunt praecipuae sophismatum species, quas priusquam Logicae scholion ex minori fronte ingrederemur, singillatim oculis subjiciendas esse duxi, ut si quando adsit occasio, et solvere, et declinare possitis. Ut enim sapienter advertit Quintilianus, „remedia ea melius adhibuerit, cui nota, quae nocent, fuerint„. Porro triplici potissimum ratione allata sophismata solvi possunt; vel scilicet fallaces argumentationis praemissas distinguendo, vel admissis praemissis consequentiam ne-

gan-

gando, utrumque syllogismi exponendo, vel denique antecedente diluendo. hoc est sophisma simili sophismate refellendo. Sed jam ad alteram logicae partem nos convertamus.

Finis Logicae minoris.

sufficientibus, gravibus tamen; ~~vel utrinque nullis adsunt~~ et quae probari mereantur: improbabilis vero cum oritur ex indiciis, quae ad prudentem assensum minime sufficiunt.

Suspicionem vocamus illum mentis statum, quo hic quidem ad judicium ferendum propendet, illud tamen non fert, quod rationes ad prudens judicium ferendum sufficere non videantur. Dubium est suspensio judicii, quia utrinque graves, vel utrinque nulla adsunt veritatis indicia. In primo casu dubium est positivum, in altero negativum, quod quidem rectius ignorantia dici potest. Sed haec dura recole, quae superius capite 6to de propositionum qualitate diximus. Quid suspicio, et dubium? 19.

Pythagoras summus ille Philosophus inter maxima Dei beneficia hominibus collata illud [illegible] veritatis cognoscendae, et amplectendae cupidum affectum posuit. Fuerunt tamen non nulli, et quod mireris inter Philosophos in [illegible] manum adscripturi, qui nihil cognosci, nihil percipi, nihil comprehendi contenderent; quinimo eo dementiae quidam pervenerunt, loquuntur, ut de ipsis nostris dubiis dubitandum esse profiterentur. Inter veteres, et ii sunt [illegible] originem, quam in ipsis Philosophiae [illegible] constat, Pyrrhonistae praecipue ab auctore sic dicti, vel Sceptici [illegible]